

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**M. Tullius Cicero Mannucciorvm Commentariis Illustratvs  
antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens De Philosophia Volumen Primum

**Cicero, Marcus Tullius**

**Venetiiis, 1583**

In M Tullii Ciceronis Academicarvm Qvaestionvm Editionis Primae Librvm  
II. Qvi Inscriptiv Lvcvlluvs Commentarius Aldi Mannuccij.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770549](#)



I N  
M . T V L L I I . C I C E R O N I S  
ACADEMICARVM . QVAESTIONVM  
EDITIONIS . PRIMAE

L I B R U M . II.

Q V I . I N S C R I B I T V R  
L V C V L L V S

Commentarius Aldi Mannuccij

C I C E R O

**N**AGNUM ingenium I. Luculli, magnumq; optimarum artium studium, tum omnis liberalis, & digna homine nobili ab eo percepta doctrina, quibus temporibus florere in foro maxime potuit, caruit omnino reb. urbanis, ut enim admodum adolescens cum fratre, pari pietate, & industria praedito, paternas inimicitias magna cum gloria est persecutus; in Asiam quaestor profectus, ibi per multos annos admirabili quadam lande provinciae praefuit. deinde, absens factus aedilis, continuo praetor, (licebat enim celerius legis praemio) post in Africam, inde ad consulatum: quem ita gessit, ut diligentia admirarentur omnes, ingenium agnoscerent. post ad Mithridaticum bellum missus a senatu, non modo opinionem uicit omnium, quae de virtute eius erat, sed etiam gloriam superiorum. idq; eo fuit mirabilius, quod

ab eo laus imperatoria non admodum exspectabatur, qui adolescentiam in forensi opera, quaesturae diuturnum tempus, Murena belum in Ponto gerente, in Asiae pace consumperat. sed incredibilis quaedam ingenij magnitudo non desiderauit indocilem usus disciplina. itaque, cum totum iter, & navigationem consumpsisset partim in percunctando aperitis, parim rebus gestis legendis, in Asiam factus imperator uenit, cum esset Roma profectus rei militaris rudis. habuit enim diuinam quandam memoriam rerum, uerborum maiorem Hortensius. sed, quo plus in negotijs gerendis res, quam uerba, profunsi; hoc erat memoria illa praestantior: quā fuisset in Themistocle, quem facile Graeciae principem ponimus, singularem ferunt. qui quidem etiam pollicenti cvidam, se artem ei memoriae, quae tum primum proferebatur, traditurum, respondisse dicitur, obliuisci, se malle discere; credo, quod haerebant in memoria, quacumque audierat, aut uiderat.

E X P L A N A T I O

**A**CADEMICARVM Quaestionum 3 Prior liber, Catulus, inscriptus erat, ad Att. & Quintil. lib. III. cap. 8. LVCULLVS. 3 Plut. in Lucullo, in extremo. CVM fratre; 3 M. Lu-  
culo. Plutarchus. ABSENS factus aedilis, continuo praetor, ( licebat enim celerius legis praemio ) 3 Aedilitatem praetura biennio post consequebatur: quod saepe iam, &, opinor, primi olim docuimus. Lucullus autem, Sullanarum partium adiutor, cum aedilis fuisset, continuo praetor factus est, beneficio legis, ut opinor, a Sulla dictatore latae, ut iis, qui partes eius in civili bello secuti essent, honores ante tempus capere licet. nam apud Appianum lib. I. scriptum est, lege Sullae cantum, ne quis, omissa praetura, consul fieri posset. quod Cicero etiam significat xi. in Antonium, his uerbis: Vopiscus ex aedilitate consulatum petit: soluat legibus. Verisimile autem additum in ea lege de magistratum inter-  
vallo, sed exceptos esse eos, quorum opera in bello usus esset. itaque praemium legis hic appellat Cicero. Quod autem ait, Licebat, non ideo abrogatam postea legem Sullae significat, (nam, eam

A ualere,

## Comm. Aldi Mannuccij

2  
valere, locus ex xi. Philippica proxime recitatus indicat) sed neminem iam uti eius legis beneficio: cum ij, qui pro Sulla contra Marium pugnauerant, aut honores, ipso uiuente Sulla, iam cepissent, aut uita ex cessissent, aut certe ita senes esent, ut de petenda aedilitate, aut praeitura minime iam cogitarent. Hac Paullus pater. Legis praemio: nam id Lucullus sua uirtute meruerat, in Asia, & in Graecia, dum Marius, atque Sulla crudelissime dimicarent. INGENIVM agnoscerent. § Ciliciam enim sibi decerni curauit, ut bello Mithidatico proximus esset, cum ex sorte Galliam cisalpinam haberet. IN Themistocle, quem facile Graeciae principem ponimus, § de Senectute: Themistocles omnium ciuium nomina percepérat.

## C I C E R O

**T**ALI ingenio praeditus Lucullus adiunxerat & illam, quam Themistocles spreuerat, disciplinam. itaque, ut litteris consignamus, quae monumentis mandare uolumus; sic ille in animo res insculptas habebat. Tantus ergo imperator in omni genere belli fuit, proelijs, oppugnationibus, naualibus pugnis, totiusq. bellii instrumento, & apparatu, ut ille rex post Alexandrum maximus hunc a se maiorem ducem cognitum, quam quemquam eorum, quos legisset, fatetur. In eodem tanta prudensia fuit in constituendis, temperandisq. ciuitatibus, tanta aequitas, ut hodie stet Asia Luculli institutis seruandis, & quasi uisigis persequendis. Sed, et si magna cum utilitate recipitamen diutius, quam uelle, tanta uis uirtutis, atque ingenij peregrinata absuit ab oculis & fori, & curiae, quinetiam, cum uictor a Mithridatico bello reuertisset, inimicorum calumnia triennio tardius, qua debuerat, triumphauit. nos enim consules introduximus paene in urbem currum clarissimi uiri. cuius mihi consilium, & auctoritas quid tum in maximis rebus profuisset, dicerem, nisi de me ipso dicendum

esset: quod hoc tempore non est necesse. itaque priuabo illum potius debito testimonio, quam id cum mea laude communicem. Sed, quae populari gloria decorari in Lucullo debuerunt, ea fere sunt & Graecis litteris, & Latinis celebrata: nos autem illa exteriora cum multis, haec interiora cum paucis ex ipso saepe cognouimus. maiore enim studio Lucullus cum omni litterarum generi, cum philosophiae degitus fuit, quam, qui illum ignorabant, arbitrabantur; nec uero inuenire actate solum, sed & proquaestor aliquot annos, & in ipso bello: in quo ita magna rei militaris esse occupatio solet, ut non multum imperatori sub ipsis pellibus otium relinquatur. Cum autem e philosophis ingenio, scientiaq. putaretur Antiochus, Philonis auditor, excellere; cum secum & quaestor habuit, & post aliquot annos imperator, cumq. esset ea memoria, quam ante dixi; ea saepe audiendo facile cognouit, quae uel semel audita meminisse potuisset. delectabatur autem mirifice lectione librorum, de quibus audiebat.

## E X P L A N A T I O

**D**ISCIPLINAM, § artem memoriae, quam Themistocles spreuit, quae res simul, & uerba conferret obseruatori, magnus alioqui uir: sed iccirco Lucullo minor Rex post Alexandrum maximus § Mithridates, post Alexandrum Macedonem, qui totam fere Graeciam cum Asia similiter aliquando possedit. In constituendis ciuitatibus § praecipue Cyrenensium repub. quam, uaria tyrannidis specie diu conficitat, ciuium precibus tandem uictus, in certam formam composuit. REVERTISSET, § hoc uerbo, quod alias deponens, ubique propemodum Cicero uituit aetue modis praeteriti. In Verrem, Cū argento domum reuenterunt. Ad Att. Epheso Laodiccam reuerti. IN IMICORVM calumnia § C. Memmij, qui, dum frater in Asia bellum administraret, detulit M. Lucullum maiestatis, eadem tempore, & repetundarum: quod quaestor sub Sulla gessisset praeter officium, atque dignitatem populi Rom. In maximis rebus § in conuiratione opprimenda. Multum enim eo ferum discrimine implicitus Luculli consilii est usus. EXTERIORA § de rebus bello geltis. INTERIORA § de singulari prudentia, & doctrinarum cognitio. QVI illum ignorabant, § male enim audit ea secula, quae reuocat omnia ad uoluntatem. SVB ipsis pellibus § quibus tecta castrensa contegebantur. Festus in dictione Adubernalis. ANTIOCHVS, § Sextus Empiricus lib. i. Pyrrh. hypot. cap. 33. ab Antiocho sectam Stoicam translatam ait esse in Academiam sicut in Academia philosophati Stoica sit dictus. quo fortasse Bonnilli auctorem quincae uocarunt Academiae: cum Philoni, & Carmidae quartam, Carnadi tertiam dedissent: ut ostendit idem Sextus ibidem.

## C I C E R O

**A**C uereor interdum, ne talium personarum, cum amplificare uelim, imminuam etiam gloriam. sunt enim multi, qui omnino Graecas non ament litteras; plures, qui philosophiam; reliqui, qui, etiam si haec non improbent, tamen carum rerum disputationem principibus ciuitatis non ita decoram putent. Ego autem, cum Graecas litteras M. Catonem in senectute didicisse acceperim; Publij autem Africani, historiae loquuntur, in legatione illa nobili, quam ante censuram obiit, Panactium unum omnino comitem fuisse; nec litterarum



Litterarum Graecarum, nec philosophiae iam ullum au-  
tem reuero. Restat, ut ijs respondeam, qui sermo-  
nibus eiusmodi nolint personas tam graues illigari.  
Quasi uero clarorum uirorum aut tacitos congressus  
esse oporteat, aut ludicros sermones, aut rerum collo-  
quia leuiorium. etenim si quodam in libro uere est a no-  
bis philosophia laudata: profecto eius tractatio optimo  
atque amplissimo quoque dignissima est: nec quidquam  
aliud uidendum est nobis, quos populus R. hoc in gradu  
collocauit, nisi ne quid priuatis studijs de opera publi-  
ca detrahamus. quod si, cum fungi munere debeat  
mus, non modo operam nostram numquam a popu-

lari coetu remouemus, sed ne litteram quidem ul-  
lam facimus, nisi foresem: quis reprehendet nostrum  
otium? qui in eo non modo nosmetipso habescere, &  
langueare nolumus; sed etiam, ut plurimis prosimus,  
enitimus. Gloriam uero non modo non minui, sed etiam  
angeri arbitramur eorum, quorum ad populares, illus-  
tressq. laudes, has etiam, minus notas, minusq. peruul-  
gatas, adiungimus. Sunt etiam, qui negent in ijs, qui in  
nostris libris, disputent, fuisse earum rerum, de quibus  
disputatur, scientiam. Qui mihi uidentur non solum ui-  
uis, sed etiam mortuis inuidere.

## EXPLANATIO

**A**C UEREOR 3 exemplorum auctoritate probat, non esse indecorum tales viros his nominibus orna-  
re. In legatione illa nobili, 3 in qua ad Antiochum Asiae regem missus, cum Ephesi deuictum a  
se nuper, & profligatum Hannibalē alloqueretur, incredibile uirtutis, atque gloriae testimoniu a Poeno  
tulit. RESTAT, ut ijs 3 confutatione obiectorum breuiter confirmatur Ciceronis institutum. nam aut  
eiusmodi sermonibus inseri oportet tam graues personas, ut Catulus, ut Lucullus est, aut ludicris, & ob-  
scurus. QVODAM in libro 3 fortasse in Tusculanarum, aut Finium libris: utrobius enim philosophica  
tractat. SVNT ETIAM, qui 3 diluit maleuolorum criminationem.

## CICERO

**R**ESTAT unum genus reprehensorum, qui-  
bus Academiac ratione non probatur. quod gra-  
uius ferremus, si quisquam ullam disciplinam philo-  
sophiae probaret, praeter eam, quam ipse sequere-  
tur. nos autem, quoniam contra omnes dicere, qui  
scire sibi uidentur, solemus, non possumus, quin alij  
a nobis dissentiant, recusare. Quamquam nostra qui-  
dem causa facilior est, qui uerum inuenire sine ulla  
contentione uolumus, idq. summa cura, studioq. con-  
quirimus. et si enim omnis cognitione multis est obstru-  
ta difficultatis; eaq. est & in ipsis rebus obscuritas, &  
in iudicis nostris infirmitas, ut non sine caus-  
fa & doctissimi, & antiquissimi inuenire se posse,  
quod cuperent, diffisi sunt: tamen nec illi desecerunt;  
neque nos studium exquirendi desatigati relinque-  
mus; neque nostrae disputationes quidquam aliud  
agunt, nisi ut, in utramque partem dicendo, & audiendio,  
eliciant, & tamquam exprimant aliquid, quod aut uerum sit, aut ad id quamproinde accedit. ne-  
que inter nos, & eos, qui se scire arbitrantur, quid-  
quam interest, nisi quod illi non dubitant, quin ea ue-  
ra sint, quae defendunt; nos probabilia multa habe-  
mus, quae sequi facile, affirmare uix possumus. Hoc  
autem liberiores, & solutiores sumus, quod integra  
nobis est iudicandi potestas; neque, ut omnia, quae

praescripta, & quasi imperata sint, defendamus, ne-  
cessitate ulla cogimur. nam ceteri primum ante renen-  
tur adstricti, quam, quid esset optimum, iudicare potue-  
runt: deinde infirmissimo tempore aetatis aut obsecuti  
amico cuidam, aut una alicuius, quem primum audie-  
runt, oratione capti, de rebus incognitis iudicant, &  
ad quacumque sunt disciplinam quasi tempestate de-  
lati, ad eam, tamquam ad fixum, adhaerescunt. Nam,  
quod dicunt omnia se credere ei, quem iudicent fuisse  
sapientem: probarem, si id ipsum rudes & indotti iudi-  
care potuerint. Statuere enim, quid sit sapiens, uel ma-  
xime uideatur esse sapientis, sed ut potuerint, omnibus  
rebus auditis, cognitis etiam reliquorum sententijs, in-  
dicauerunt: aut, re semel auditu, ad unius se auctorita-  
tem contulerunt. sed nescio quo modo plerique errare  
malunt, eamq. sententiam, quam adamauerunt, pugna-  
cissime defendere, quam sine pertinacia, quid constantis  
sime dicatur, exquirere. Quibus de rebus & alias  
saepe nobis multa quaesita, & disputata sunt, &  
quondam in Hortensi villa, quae est ad Baulos: cum  
eo Catulus, & Lucullus, nosq. ipsi postridie uenisse-  
mus, quam apud Catulum fuissemus. quo quidem etiam  
maturius uenimus, quod erat constitutum, si uentus  
esset, Lucullo in Neapolitanum, mihi in Pompeianum  
navigare.

## EXPLANATIO

**R**ESTAT unum 3 Purgata culpa sele disputationis praetextu, & obiter probat morem atque stu-  
dium inquirendi ueritatem rationibus, & contrariorum argumentis. CONTRA omnes dicere, qui  
scire sibi uidentur, solemus, 3 Academici, percipi nihil posse, dicebant, praeter unum illud, nihil posse per-  
cipi. in hac autem haeresi Cicero cum esset, non erat, cur alias a se dissentire moleste ferreret. id n. ab iis so-  
let fieri, qui scire sibi uidentur: contra quos Academici solent dicere. Sunt, qui legant, Contra oēs dicere  
quae uidetur, quos secuti nō sumus. non n. contra omnes dicere, quae uidebātur, soli Academicī sole-  
bant; quod cōmune omniū erat; sed contra oēs, qui scire uidebātur; quod proprium erat Academicorū,

A 2 negantium,



negantium, quidquam sciri, & affirmari posse. Haec Paullus pater. *Vt non sine causa* § fatetur Cicero infirmitatem esse iudicii in homine, cognitionem ueri difficultatibus obstructam, in ipsis rebus obscuritatem uersari. *NAM, quod dicunt omnia se credere ei,* § non uult, licet ualde timeat, ullum ita colit, ut quaevis eidem credantur. Immo debere pro se unumquemque certitudinem doctrinae rationibus inuestigare. *IVDICAVERVNT: aut,* § Locus, meo iudicio, deprauatus, liber doctissimi uiri, Caroli Siganij, Iudicare aut. ego uellem, Iudicare: ita. Sententia uero sane quamprta efficitur. Cum liceret, inquit, *eis, antequam iudicarent, audire, omnia, reliquorumq. doctrinam nosse;* tamē, res semel audita, ad unius se auctoritatem contulerunt. ut igitur potuerunt, si aliorum sententias noscent, iudicare, quid optimum esset; ita, cum eas neglexerint, se ad unius auctoritatem cotulerunt, rudes, & indocti iudicare non possunt. Hoc eo pluribus uerbis explanandum putauit, ne quis correctionem nostram post hac in dubium uocaret. Haec Paullus pater. *QVAE est ad Baulos;* § Bauli pluralis tantum, uicus inter Baias, & Misenium. *Qyo quidem* § circumstantijs rerum, aperit progressum pridie decreti.

## C I C E R O

**C**VM igitur pauca in xylo locuti essemus, tum eodem in spatio confedimus. Hic Catulus, & si beri, inquit, id, quod quaerebatur, paene explicatum est, ut tota fere quaestio tractata uideatur; tamē ex parte ea, quae te pollicitus es, Luculle, ab Antiocho auditā dictūrum. Evidem, inquit Hortensius, feci plus, quam uellem: totam enim rem Lucullo integrā seruari oportuit. & tamen fortasse seruata est, a me enim, quae in promptu erant, dicta sunt, a Lucullo, autem reconditiona desidero. Tum ille, Non sane, inquit, Hortensi, conturbat me expectatio tua: et si nihil est ijs, qui placere uolunt, tam aduersarium: sed quia non labore, quam ualde ea, quae dico, probaturus sim, eo minus conturbor. dicam enim nec mea, nec ea, in quibus, si non fuerint, non uinci me malim, quam uinceere. sed mebercule, ut quidem se nunc caussa habet, et si hester sermone labefactata est, mibi tamen uidetur esse uerissima. agam igitur, sicut Antiochus agebat. nota enim mibi res est. nam & uacuo animo illum audiēbam, & magno studio, eadem de re etiam saepius: ut etiam maiorem expectationem mei faciam, quam modo fecit Hortensius. Cum ita esset exorsus, ad audiendum animos erexit. At ille, Cum Alexandriae proquaestor, inquit, esset, fuit Antiochus tecum & erat iam ante Alexandriae, familiaris Antiochi, Heraclitus Tyrius, qui & Clitomachum multos annos, & Philonem audierat, homo sane in ista philosophia, quae nunc prope dimissa renouatur, probatus, & nobilis: cum quo & Antiochum saepe disputantem audieram, sed utrumque leniter. & quidem isti libri duo

Philonis, de quibus heri dictum a Catulo est, tum erant allati Alexandriam, tumq. primum in Antiochi manus uenerant. & homo natura lenissimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) stomachari tamen coepit. mirabar: neque enim umquam ante uideram. at ille, Heracliti memoriam implorans, quaere re ex eo, uiderentur ne illo Philonis, aut ea num uel e Philone, uel ex ullo Academicu audiuisset aliquando? negabat: Philonis tamen scriptum agnoscebat. nec id quidem dubitari poterat. nam aderant, mei familiares, & docti homines, P. & C. Selij, & Tetrilius Rogenus, qui se illa audisse Romae de Philone, & ab eo ipso illos duos libros dicerent descripsisse. Tum & illa dixit Antiochus, quae heri Catulus commemorauit a patre suo dicta Philoni: & alia plura: nec se tenuit, quin contra suum doctorem librum etiam ederet, qui SOSUS inscribitur. Tum igitur & cum Heraclitum studiose audirem contra Antiochum differenter, & item Antiochum contra Academicos, dedi Antiocho operam diligenter, ut caussam ex eo totam cognoscerem. itaque complures dies, adhibito Heraclito, doctisq. compluribus, & in his Antiochi fratre Aristo, & praeterea Aristotle, & Dione, quibus ille, secundum fratrem, plurimum tribuebat, multum temporis in ista una disputatione consumpsimus. sed ea pars, quae contra Philonem erat, praetermittenda est. minus enim acer est aduersarius is, qui ista, quae sunt heri defensa, negat Academicos omnino dicere. et si enim mentitur, tamen est aduersarius leuior. ad Arcesilam, Carneademq. ueniamus.

## EXPLANATIO

**H**IC Catulus, § Catuli persona ad Lucullum reuicitur, & cum Hortensio ministrat decorum. *TAM aduersarium:* § nam his, qui alteri placere uolunt, nihil est grauius, quam suam sententiam obtrudere. Non uinci me malim, § Academicorum more, qui nihil obstinate defendunt. In ista philosophia, § ueteris Academiae. MEMORIAM implorans, § praesentis, uiuq. Heracliti. FRATRE Aristo, § in Bruto in extremo, & hic Tusc. v. SECUNDUM fratrem, § nam post fratrem illis plurimum tribuebat. AD Arcesilam, § Prieneum, Crantoris auditorem. CARNEADFMQ. § cuius scriptis florere coepit noua Academia.

## C I C E R O

**Q**VAE cum dixisset, sic rursus exorsus est. Primū mibi uidemini, (me autem nomine appellabat) cū ueteres physicos nominatis, facere idē, quod seditioni ciues solent, cū aliquos ex antiquis claros uiros profertur,



runt, quos dicant fuisse populares, ut eorū ipsi similes esse uideantur. repetunt iam P. Valeriu, qui, exactis regibus, primo anno consul fuit, commemorant reliquos, qui leges populares de prouocationibus tulerint, cum consules essent: tum ad hos notiores, C. Flaminium, qui legem agrariam aliquot annis ante secundum Punicum bellum tribunus pl. tulerit inuito senatu, & postea bis consul factus sit; L. Caſium, Q. Pompeium. illi quidem etiam P. Africanum referre in eundem numerum solent. duos uero sapientissimos, & clarissimos fratres, P. Craſum, & P. Scaeuolam aiunt Ti. Graccho auctores legum fuisse, alterum quidem, ut uideamus, palam, alterum, ut ſuſpicamur, obſcurius. addunt etiam C. Marium. & de hoc quidem nihil metiuntur. horum nominibus, tot uirorum, atque tantorum, expositis, eorum se inſtitutum ſequi dicunt. Similiter uos, cum perturbare, ut illi remp. ſic uos philoſophiam, bene iam conſtitutam, uelitis, Empedoclem, Anaxagoram, Democritum, Parmenidem, Xenophanem, Platonem etiam, & Socratem profertis. Sed ne que Saturninus (ut nostrum inimicum potissimum non minem) ſimile quidquam habuit ueterum illorum: nec Arceſilae calumnia conferenda eſt cum Democriti uerſuſ, & tamen iſi physici raro admodum, cum haerent aliquo loco, exclamant, quaſi mente incitati,

Empedocles quidem, ut interdum mibi furere uideatur, abſtrusa eſſe omnia, nihil nos ſentire, nihil cerne- re, nihil omnino, quale ſit, poſſe reperire. maiorem autem partem mibi quidem omnes iſi uidentur nimis etiam quaedam affirmare, plusq. proſteri ſe ſcire, quam ſciant. Quod si illi tum in nonis rebus, quaſi modo naſcentes, haefitauerunt: nihil ne tot ſaeculiſ, ſummis ingenij, maximis ſtudijs, explicatum putamus e non ne, cum iam philoſophorum disciplinae grauiſſimae conſtituerint, tum exortus eſt, ut in optima rep. T. i. Gracchus, qui otium perturbaret, ſic Arceſilas, qui conſtitutam philoſophiam euerteret, & in eorum auſtoritate delitesceret, qui negauent, quidquaſ ſciari, aut percipi poſſe? quorum e numero tollendus eſt Plato, & Socrates; alter, quia reliquie perfeclis ſimam disciplinam, Peripateticos, & Academicos, no minibus diſſerentes, re congruentes: a quibus Stoici ipsi uerbis magis, quam ſententijs, diſſenſerunt: Socrates autem, de ſe ipſe detrahens, in diſputatione plus tribuebat ijs, quos uolebat refellere. ita, cum aliud dicere, atque ſentire, libenter uiri ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam Graeci εἰρηνεῖα uocant: quam ait etiam in Africano fuisse Fannius; idq. propterea uitiosum in illo non putandum, quod idem fuerit in Socrate.

## EXPLANATIO

**P**RIMVM mihi uidemini, § ciuiliter excipit mentionem Arceſilae, & Carneadiſ. CVM ueteres physi- cos nominatis, § pro tuenda recentiore Academia, quae nihil percipi dicebat. Ut uidemus, § hoc quidem non conſtar. C. MARIVM. § ad reliquos populares. VETERVM illorum: § in popularitate. ARCEſILAE calumnia § contra ueterem Academiam. RARO admodum, § non ſemper: quod uos faciſt ubique haerentes. EMPEDOCLES quidem, § de hoc multa Gellius lib. IV. cap. 2. MAIOREM autem partem § plerique, praecipue, uel addenda eſt praepositio Ad. QVOD ſi ille tum § a poſſibiliſ colligit, atque uerifiſimiſ. QVORVM e numero § decorum opponitur. A QVIBVS Stoici § in dignitatibus exageratio.

## CICERO

**S**ed fuerint illa uetera, ſi uultis, incognita: nihil neſt ergo actū, quod inueniata ſunt, poſtea quā Arceſilas, Zenoni, ut putatur, obireſtans, nihil noui repe- rienti, ſed emendantis ſuperiores immutatione uerbo- rum, dum huius definitiones labefactare uult, conatus eſt clariffimis rebus tenebras obducere? cuius primo non admodum probata ratio, (quamquam floruit tum acumine ingenij, tum admirabili quodam lepore dicendi) proxime a Lacyde ſolo retenta eſt, poſt autem conſecta a Carneade, qui eſt quartus ab Arceſila: audinit enim Egeſinum, qui Euandrum audierat, Lacydis diſcipulum, cum Arceſilae Lacydes fuifet, ſed ipſe Carneades diu tenuit nam non agunta uixit annos: &, qui illum audierant, admodum floruerunt. e quibus induſtriae plurimum in Clitomacho ſuit. declarat multiu- do librorum ingenij non minus in hoc, quam in Carneade eloquētiae, in Melanchio Rhodio ſuauitatis bene au- tem noſſe Carneadem Stratonicus Metrodorus putabat. iam Clitomacho Philo uelſer operam multos an- nos dedit. Philone autem uiuo, patrocinio Academiacae non defuit. Sed, quod nos facere nunc ingredimur, ut contra Academicos diſſeramus; id quidā e philoſophis,

& ijs quidem non mediocreſ, faciendum omnino non pu- tabant: nec uero eſe ullam rationem, diſputare cū ijs, qui nihil probarent: Antipatrumq. Stoicum, qui mul- tus in eo fuifet, reprehendebant: nec definiri aiebant neceſſe eſſe, quid eſſet cognitio, aut perceptio, aut, ſi uerbum uero uolumus, comprehenſio, quam κατάληψις illi uocant: eosq., qui perſuadere uellet, eſſe aliquid, quod comprehendendi, & percipi poſſet, inſcienter facere dicebant: propter ea quod nihil eſſet clarius εὐαγγείᾳ, ut Graeci; perſpicuitatem, aut euidentiam nos, ſi pla- cetur, nominemus; fabricemurq. ſi opus erit, uerba ne hic ſibi (me appellabant iocans) hoc licere ſoli putet. ſed tamen orationem nullam putabat illuſtriorem ipsa euidentia reperiri poſſe: nec ea, quae tam clara eſſent, deſinienda cenebant. Alij autem negabant ſe pro hac euidentia quidquam priores uifſe diſturos; ſed ad ea, quae contra dicentur, dici oportere putabant, ne qui fal- lere rentur. Plerique tamen & definitiones ipsarum etiam euidentium rerum non improbant: & rem idoneam, de qua quaeratur, & homines dignos, quibuscum diſſer- tur, putant. Philo autem, dum noua quaedam commo- uet, quod ea ſuſlinere uix poterat, quae contra Acade- micorum

micorum pertinaciam dicebantur, & aperte mentitur, ut est reprehensus a patre Catulo, & ut docuit Antiochus, in id ipsum se induit, quod timebat. Cum enim ira negaret quidquam esse, quod comprehendi posset, (id enim uolumus esse κατάληπτον) si illud esset, sicut Zenon definiret, tale uisum, (iam eam hoc pro φανταστικόν uerbum satis besterno sermone triuimus) uisum igitur impressum, effectumq. ex eo, unde esset, quale esse

non posset ex eo, unde non esset; id nos a Zenone definitum rectissime dicimus, qui enim potest quidquam ita comprehendere, ut plane confidas id perceptum, cognitumq. esse, quod est tale, quale uel falsum esse posse? hoc cum infirmat, tollitq. Philo, iudicium tollit incogniti, & cogniti: ex quo efficitur, nihil posse comprehendere. ita imprudens eo, quo minime uult, reuolutur.

## EXPLANATIO

**S**ED fuerint, & conceditur tantis temporibus obliteratum esse posse. ZENONI, & Duo praecipui fuerunt hoc nomine, Citius Stoicae disciplinae titulis excellens, quem, hic, ut opinor, nominat Cicerone, & Eleas patientia clarus in extremis cruciatibus. Tertius etiam in lib. de finibus a Cicerone nominatur. IMMUTATIONES uerborum, & facile fit mutatio uerborum, quia non satis uno sensu continent res philosophicas. PHILONI autem uiuo, & uult id probare, numquam ueteri Academiae patrocinia defuisse, quemadmodum & nouae. Nec uero esse ullam rationem, & Nec uerum esse, habent, praeter nostrum, impressi omnes libri, ego ex uerusto libro Bernardini Maffei, iuuenis admodum eruditus, & ex sententia emendauit, Nec uero, nam Verum, si legas, duae illae uoces, Ullam rationem, neque cum sequenti uerbo, Disputare, neque cum praecedenti, Else, cohaerebunt. Haec Paullus pater. QVI nihil probarent: & intellige, putabant illi. NE hic sibi, Lucullus Ciceronis quasi licentiam attingit, qui, ut ait Plutarchus, quaedam ex Graeco, uocabula Dialecticorum, Physicorum, Rhetorum Latina fecerit primum, tunc demum Romanis coepta usurpari. ALII autem negabant se pro hac evidentiā & evidentiā uocat omne, quod tam apertum, tam clarum est, ut ignorari nequeat, & utsatur circa communem intellectum, cum praebemus aliquid oculis expositum, manibus obiectum, menti aptum, siue per instrumenta nota, siue per usitata uerba. Quemadmodum si dicas, perfidia crimen est, quercus arbor est, rosa flos, aqua liquidum, & similiiter. At Philo nec oculis semper credi, nec manibus, nec rationi uoluit, hoc est ipsi in rebus evidentiā, quia phantasias laborarent homines, sensus essent rudes, corrupta iudicia naturae. A PATERE Catulo, & Video Ciceronem ita locutum, Seruilius pater, Curio pater, Quintilius pater, sed de uiuis, itaque mihi magis placet, A patre Catuli, ut est in antiquo libro, supra enim dixit: Quae heri Catulus commemorauit, a patre suo dicta Philoni. Haec Paullus pater. QVOD timebat, & non omnino dicere audebat nihil posse percipi quod Arcefilas dixerat: sed ita nihil posse percipi dicebat. EFFTCTVMQ. ex eo, unde esset, quale esse non posset ex eo, unde non esset; & iocatur in Zenonis, & Stoicorum subtilissimas argutias. ITA imprudens, quo minime uult, & non enim defendere illud poterat, nihil posse percipi. Hec noua quaedam commouebat, & dum affirmat se recte dicere contra ueteres Academicos, sequitur uniuersi cuidentiam.

## CICERO

**Q**UARE omnis oratio contra Academiam suscipitur a nobis, ut retineamus eam definitionem, quam Philo uoluit euertere: quam nisi obtinemus, peripinbil posse concedimus. Ordinamur igitur a sensibus, quorum ita clara iudicia, & certa sunt, ut, si optio naturae nostrae detur, & ab ea deus aliquis requirat, contenta ne sit suis integris, incorruptisq. sensibus, an possulet melius aliquid, non uidea quid quaerat amplius. Neque uero hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo, aut de collo columbae respondet, non enim is sum, qui, quidquid uidetur, tale dicam esse, quale uideatur. Epicurus hoc uiderit, & multa alia. meo autem iudicio ita est maxima in sensibus ueritas, si sani sunt, ac ualentes, & omnia remouentur, quae obstant, & impedient. itaque & lumen mutari saepe uolumus, & situs earum rerum, quas intuemur, & interualla aut contrahimus, aut diducimus; multaq. facimus usque eo, dum adspicetus ipse fidem faciat sui iudicij. quod idem sit in uocibus, in odore, in sapore: ut nemo sit nostrum, qui non in sensibus sui cuiusque generis iudicium requirat acrius. adhibita uero exercitatione, & arte, ut oculi pictura teneantur, aures canibus; quis est, quin cernat, quanta uis est in sensibus? Quam multa uident pieto-

res in umbris, & in eminentia, quae nos non uidemus? Quam multa, quae nos fugiunt in canti, exaudient in eo genere exercitati? qui primo inflatu tibicinis Antioepam esse aiunt, aut Andromacham; cum id nos ne suspicemur quidem. Nihil necesse est de gustatu, & odoratu loqui: in quibus intelligentia, et si uitiosa, est quaedam tamen. Quid de tactu, & eo quidem, quem philosophi interiorem uocant, aut doloris, aut uoluptatis? in quo Cyrenaici solo putant ueri esse iudicium, quia sentiatur. Potest ne igitur quisquam dicere, inter eum, qui doleat, & inter eum, qui in uoluptate sit, nihil interesse? aut, ita qui sentiat, non aperiissime insanitat? atque, qualia sunt haec, quae sensibus ipsis percipi dicimus? etiam sequuntur ea, quae non sensibus ipsis percipi dicuntur, sed quodam modo sensibus: ut haec: illud est album, hoc dulce, canorum illud, hoc bene olens, hoc asperum. animo iam haec tenemus comprehensa, non sensibus. ille deinceps equus est, ille canis. cetera series deinde sequuntur maiora neclens, ut haec, quae quasi expletam rerum comprehensionem amplectuntur: si homo est, animal est, mortale, rationis particeps, quo e genere nobis notitiae rerum imprimuntur: sine quibus neque intelligi quidquam, neque quaeri, disputari ne potest.

EXPLA-



# In Acad. quæst. Lib. II. Edit. I.

## EXPLANATIO

7

**V**T, si optio naturae nostræ detur, 3 Multa animalia, hominem sensibus perfectum longe superant. Itaque posset aliquid etiam in hoc genere perfectius optare natura. De remo inflexo, aut de collo columbae. 3 Sextus l. i. Pyrr. c. 14. & Aristoteles: Επὶ τοῦ ἐπειροῦ τοῦ ἐν τῷ υἱῷ στατικόν. ITAQUE & lumen 3 arguit ab experientia, nam aurum in splendore solis propositum, magis cupimus in umbra contemplari, quia uisus ibi acer est. Et situs earum rerum, 3 si quando gemmam argento uides inclusam, & manus auro, res eadem est; situs autem displaceat. Et interualla 3 afficitur interuallorum uicissitudine. ADHIBITA uero exercitatione, 3 amplificatio minoris ad maius. ETSI uitiosa, 3 saepe enim sit, ut interrogemus quid odoret ita? quaeramus in comeditione cuiusmodi sit esca? CYRENAICI 3 philosophia Cyrenis, Lybiae opido, suam sectam trahentes. SED quodam modo 3 quia haec notitia penderet a sensibus.

## CICERO

**Q**UOD si essent falsæ notitiae; ( τὸν δὲ εἶναι νόησιν παραβολὴν τις αὐτὸν μηδέποτε γίγνεται.) si igitur essent hac falsæ, aut eiusmodi uisus impressæ, qualia uisa a falsis discerni non possent: quo tandem his modo uteremur? quo modo autem, quid cuique rei conseruaneum est, quid repugnat, uideremus? Memoriae quidem certe, quae non modo philosophiam, sed omnis uita uisum, omnesq; artes una maxime continet, nihil omnino loci relinquitur. quae potest enim esse memoria falsiorū? aut quid quisquā meminit, quod non animo comprehendit, & tenet? Ars uero quae potest esse, nisi quae non ex una, aut ex duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat? quam si subtraxeris; qui distingues artificem ab inscio? non enim fortuito hunc artificem dicemus esse, illum negabimus, sed cum alterum percepta, & comprehensa tenere uideamus, alterum nō item.

Cumq; artium aliud eiusmodi genus sit, ut tantum modo animo rem cernat; aliud, ut moliatur aliquid, & faciat: quo modo aut geometres cernere ea potest, quae aut nulla sunt, aut internosci a falsis non possint; aut is, qui fidibus utitur, explore numeros, & cōficcere uersus? quod idem in similibus quoque artibus contingit quarum omne opus est in faciendo, atque agendo. quid enim est, quod arte effici possit, nisi is, qui artem tractabit, multa percepit? Maxime uero uirtutum cognitione confirmat, percipi, & comprehendere multa posse: in quibus solis inesse etiam scientiam dicimus; quam nos non comprehensionem modo rerum, sed etiam stabilem, atque immutabilem esse censemus: itemq; sapientiam, artem uiuendi, quae ipsa ex se habeat constantiam. ea autem constantia si nihil habeat percepti, & cogniti; quaero, unde nata sit, aut quo modo?

## EXPLANATIO

**M**EMORIAE quidem 3 proponit artis, & memoriae rationem: non enim est possibile hominem meminisse quod nesciat, & absurdum est artes condere, qui nihil certo teneat. MAXIME uero uirtutum 3 Rhetorico more per gradus quasi altius, & altius adscendit.

## CICERO

**Q**VAERO etiam, ille uir bonus, qui statuit omnem cruciatum perferre, intollerabili dolore lacerari potius, quam aut officium prodat, aut fidem, cur has igitur sibi tam graues leges imposuerit, cum, quamobrem, ita oporteret, nihil haberet comprehensi, percepti, cognitioni, constituti? nullo igitur modo fieri potest, ut quisquam tanti aestimet aequitatem, & fidem, ut, eius conseruandæ causa, nullum supplicium recusat, nisi ijs rebus assensus sit, quae falsæ esse non possunt. Ipsa uero sapientia, si, e ignorabit, sapientia sit, nec ne, quo modo primum obtinebit nomen sapientiae; deinde, quo modo suscipere aliquam rem, aut agere fidenter audebit, cum certi nihil erit, quod sequatur? cum uero dubitabit, quid sit extrellum, & ultimum bonorum, ignorans quo omnia referantur, qui poterit esse sapientia? atque etiam illud perspicuum est, constitui necesse esse initium, quod sapientia, cum quid agere incipiat, sequatur; idq; initium esse naturae accommodatum, nam aliter appetitio, (cā enim esse uolumus ὁ φύσις) qua ad agendum impellimur, & id appetimus, quod est uisum, moueri non potest. illud autē, quod mouet, prius oportet uideri, eiq; credi: quod fieri non potest, si id, quod uisum erit, discerni non poterit a falso. Quo modo autem moueri animus ad appetendum potest, si id, quod uidetur, non percipitur, accommodatum ne naturae sit, an alienum? itemq; si, quid officij sui sit, non occurrit animo, nihil umquam omnino aget, ad nullam rem umquam impelletur, numquam mouebitur, quod si aliquid aliquando acturus est, necesse est, id ei uerum, quod occurrit, uideri.

## EXPLANATIO

**Q**VAERO etiam, ille uir bonus, 3 exempli grauitate partem urget, & fortasse singit: absolute bonum uitum hic. Cur has igitur sibi tam graues leges imposuerint 3 non video, cur uerbum, igitur, quidam inculauerint: quod neque habeant libri scripti, quos quidem ego uiderim, & abundare, sensus ostendit. Haec Paullus pater. Qvod monet prius 3 aurum non appeteres, si neque uidere posses, neque credere quod sit uile.

CICE-



## C I C E R O

**Q**VID, quod, si ista uera sunt, ratio omnis tollitur, quasi quaedam lux, lumenq. uita est tamen ne in ista prauitate perficitur? nam quaerendi initium ratio attulit: quae perficit uirtutem, cum esset ipsa ratio confirmata quaerendo. quae si autem est appetitio cognitio- nis, quaestio nisq. finis inuenit. at nemo innenit falsa: nec ea, quae incerta permanent, inuenientur esse possunt; sed, cu[m] ea, quae quasi inuoluta fuerunt, aperta sunt, tum inuenientur dicuntur: sic & initium quaerendi, & exitus percipiendi, & comprehendendi tenet: itaque argumenti conclusio, quae est Graece πόδεσις, ita definitur, ratio, quae ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur,

## E X P L A N A T I O

**Q**VID quod, § Ultimum hoc loco argumentum, de communi natura, ut, quae ex ratione profici- scuntur, audenter assumat.

## C I C E R O

**N**ON potest igitur dubitari, quin decretum nullum falsum possit esse, sapientiq. satis non sit non esse falsum; sed etiam stabile, fixum, ratum esse debeat, quod mouere nulla ratio queat. talia autem neque esse, neque uideri possunt eorum ratione, qui illa uisa, e quibus omnia decreta sunt nata, negant quidquam a falsis inter- esse. Ex hoc illud est natum, quod postulabat Hortensius, ut id ipsum saltem perceptum a sapiente diceret, nihil posse percipi. Sed Antipatro, hoc idem postulanti, cum diceret, ei, qui affirmaret nihil posse percipi, con- sentaneum esse, unum tamen illud, dicere, percipi posse, ut alia non possent, Carneades acutius resistebat, na- tantum abesse dicebat, ut id consentaneum esset, ut ma- xime etiam repugnaret: qui enim negaret quidquam es- se, quod periperetur, cum nihil excepte illa necesse es- se, ne id ipsum quidem, quod exceptum non esset, com- prehendendi, & percipi illo modo posse. Antiochus ad istum locum pressius uidebatur accedere: quoniam e- nim id haberent Academicci decretum, & sentitis enim iam hoc me δόγμα dicere ) nihil posse percipi, non debere eos in suo decreto, sicut in ceteris rebus, fluctua- re, praesertim cum in eo summa consideraret: banc enim esse regulam totius philosophiae, constitutionem ue- ri, falsis cogniti, incogniti: quam rationem quoniam suscepimus, docereq. uellent, quae a quoque accipi o- porteret, & quae repudiari; certe hoc ipsum, ex quo omne veri falsaq. iudicium esset, percipere eos debui- se: etenim duo esse haec maxima in philosophia, iudi- cium veri, & finem bonorum: nec sapientem posse esse, qui aut cognoscendi esse initium ignoret, aut ex- tremum expetendi; ut, aut unde proficiatur, aut quo perueniendum sit, nesciat: haec autem habere dubia, neque hic ita confidere, ut moueri non possint, abhor- rere a sapientia plurimi. Hoc igitur modo potius erat ab his postulandum, ut hoc unum saltem, percipi nihil posse, perceptum esse dicarent. Sed de inconsistenti to- tiis illorum sententiae, si illa sententia cuiusquam es- se potest nihil approbantis, sit, ut opinor dictum satis.

## E X P L A N A T I O

**N**ON potest igitur § epilogus omnium in hanc sententiam argumentorum, quod res certo cognos- sci queant. SAPIENTIQ. satis sit, non esse falsum, § ipsa indicat sententia, quod ueteris libri con- firmat auctoritas, legendum, Sapientiq. satis non sit, non esse falsum: ut hoc dicatur. Sapienti satis non est, non esse falsa de creta, sed stabila quoque fixa, rata debent esse. Haec Paullus pater. SED Antipatro, hoc idem postulanti, cum diceret, ei, qui affirmaret nihil posse percipi, consentaneum esse, unum tamen illud, dicere, percipi posse, ut alia non possent, Carneades acutius resistebat. § Quid sibi uelint haec uerba, nemo non uideri: quorum antea sententia uideri poterat obscurior, cum pro, Ei qui affir- maret, legeretur, Ei q. affirmaret, quo ex loco unius litterae mutatione, mendum saustulimus, idq. ex co- iectura. Haec Paullus pater. Sed Antipatro: Tyrio, inter Stoicos non postremi nominis, de quo pul- chre lib. 111. offi. QVONTAM enim § Antiochus, uerbis ipsorum propriis illos conuincit.

## C I C E R O

**S**E QVI T.Y.R. disputatio, copiosa illa quidem, sed paucis abstrusior: habet enim aliquantum a physi- cis: ut uerear, ne maiorem largiar ei, qui contra dictu- rus est, libertatem, & licentiam, nam, quid cum factu-

rum



rum putem de abditis rebus, & obscuris, qui lucem eri-  
pere conetur? sed disputari poterat subtiliter, quanto  
quasi artificio natura fabricata est primum animal  
omne, deinde hominem maxime: quae uis est in sensi-  
bus: quemadmodum prima uisa nos pellerent, deinde  
appetitio ab his pulsare sequeretur: tum, ut sensus ad res  
percipiendas intenderemus, mens enim ipsa, quae sensu  
suum fons est, atque etiam ipsa sensus est, naturalem uim  
habet, quam intendit ad ea, quibus mouetur: itaque  
alia uisa sic arripit, ut his statim utatur; aliqua sic re-  
condit, e quibus memoria oritur: cetera autem simili-  
tudinibus constituit: ex quibus efficiuntur notitiae rerum;  
quas Graeci tum èravolas, tum φρολίθεις vocant.  
eo cum accessit ratio, argumentiq. conclusio, rerumq. in-  
numerabilium multitudo; tum & perceptio eorum o-  
mnium appareat; & eadem ratio, profecta his gradibus,  
ad sapientiam peruenit. Ad rerum igitur scientiam,  
uitaeq. constantiam aptissima cum sit mens hominis,  
amplectitur maxime cognitionem, & istam κατάλη-  
γήν, quam, ut dixi, uerbum e uerbo exprimentes, com-  
prehensionem dicemus, cum ipsam per se amat, (nihil  
est enim ei ueritatis luce dulcior) tum etiam propter  
uism. quocirca & sensibus utitur; & artes efficit, quasi  
sensus alteros; & usque eō philosophiam ipsam corro-  
borat, ut uirtutē efficiat, ex qua re una uita omnis apta  
sit. Ergo iū, qui negant quidquam posse comprehēdi, haec  
ipsa eripiunt uel instrumenta, uel ornamenta uitae, uel  
potius etiam totam uitā euertunt funditus, ipsumq. ani-  
mal orbant animo: ut difficile sit, de temeritate eorum,  
perinde ut causa postulat, dicere.

## EXPLANATIO

**S**equitur disputatio, & recipit se e physicis quiddam allaturum. **A**līa uisa sic arripit, & ut cum  
scribimus, loquimur, opus propositum agimus, mens statim uiratur obiecto. **A**liqua sic recondit, e  
quibus memoria oritur. & ut cum id facere non possumus, memoria statuimus, ad primam facultatem fa-  
cturos esse. **A**liqua sic recondit, e quibus memoria oritur: Non nihil desideratur, ac fortasse tale quippiā,  
vt postea: ut ita legatur: Alia uisa sic arripit, ut his statim utatur; alia sic recondit, ut postea: e quibus  
memoria oritur. & dictio, Postea, referatur ad uerbum, Utatur. nisi si quis ita malit legere, Alia sibi re-  
condit, e quibus memoria oritur: Sibi, id est ad usum suum. Haec Paullus pater. **C**ETERA autem simi-  
litudinibus & ut cum nobis ipsi fingimus, homo est, ergo animal mortale, capax rationis.

## CICERO

**N**e cū uero satis constituere possum, quod sit eo-  
rum consilium, aut quid uelint. interdum enim,  
cum adhibemus ad eos rationem huiusmodi; si ea, quae  
disputent, uera non sint, tum omnia fore incerta respondent,  
quid ergo istud ad nos? num nostra culpa est? na-  
turam accusa, quae in profundo ueritatem, ut ait Democritus, penitus abstrusit. Alij autē elegantius: qui  
etiam queruntur, quod eos insimulemus omnia incerta  
dicere: quantumq. interst̄ inter incertum, & id, quod  
percipi non possit, docere conantur, eaq. distinguere. cū  
his igitur agamus, qui haec distinguunt: illos, qui omnia  
sic incerta dicunt, ut stellarum numerus par, an impar,  
nesciat, quae desperatos aliquos relinquamus, uolunt  
enī, ( & hoc quidem uel maxime animaduertebant  
nos moneri) probabile aliiquid esse, & quasi ueristimile  
seaq. se uti regula & in agenda uita, & in quaerendo,  
ac disserendo, quae ista regula est ueri, & falsi, si no-  
tionem ueri, & falsi, propterea quod ea non possunt in-  
ternosci, nullam habemus? nam si habemus; interesse  
oportet, ut inter rectum, & prauum, sic inter uerum,  
& falsum. si nihil interest; nulla regula est; nec potest  
is, cui est uiso ueri, falsiq. communis, ullum habere iudicium,  
aut ullam omnino ueritatis notam. Nam, cum  
dicunt hoc se unum tollere, ut quidquam uerum possit  
ita uideri, cetera autem concedere: faciunt pueriliter.  
quo enim omnia indicantur, sublati, reliqua se negant  
tollerare: ut, si quis quem oculis priuauerit, dicat ea, quae  
cerni possent, non se ei ademisse. ut enim illa oculis mo-

do cognoscuntur, sic reliqua uisis, sed propria ueri, non  
communi ueri & falsi nota. quamobrem siue tu proba-  
bilem uisionem, siue improbabilem, & que non impe-  
diatur, ut Carneades uolebat, siue aliud quid proferes,  
quod sequare: ad uisum illud, de quo agimus, tibi erit  
revertendum, in eo autem, si erit communitas cum falso,  
nullum erit iudicium: quia proprium communī signo  
notari non potest. si autem commune nihil erit; habeo,  
quod uolo. id enim quaero, quod ita mibi uideatur ue-  
rum, ut non possit idem falsum uideri. Simili in errore  
uerantur, cum coniuncti, ac ui ueritatis coacti, perspi-  
cua a perceptis uolunt distinguere, & conantur ostendere,  
esse aliquid perspicui; uerum illud quidem im-  
pressum in animo, atque mente; neque id tamen percipi,  
ac comprehendendi posse. quo enim modo, perspicue, dixe-  
ris, album esse aliiquid; cum possit accidere, ut id, quod  
nigrum sit, album esse uideatur? aut quo modo ista aut  
perspicua dicemus, aut impressa subtiliter; cum sit in-  
certum, uere, inaniter ne animus moueat? ita neque  
color, neque corpus, neque ueritas, neque argumentum,  
neque sensus, neque perspicuum ullum relinquitur. Ex  
hoc illud his usi uenire solet, ut, quidquid dixerint, a  
quibusdam interrogantur: ergo istue quidem percipis?  
sed, qui ita interrogant, ab ijs irridentur. non enim ux-  
gent, ut coarguant neminem ulla de re posse contendere,  
neque affuearare sine aliqua eius rei, quam sibi quis-  
que placere dicit, certa, & propria nota.

## EXPLANATIO

**V**T ait Democritus, § in quo illi cum scepticis conueniebat. vide Sextum. QVI omnia sic incerta § ciuilissime notat ridendum acumen ingeniiorum in rebus minime necessarijs. VT inter rectum, & primum, si inter uerum & falsum. § non enim animus infirmior est oculis. CVM dicunt hoc se unum tollere, ut quidquam uerum possit ita uideri, ut non eodem modo falsum etiam possit ita uideri; § addidi Verum, ex antiquo libro, sententia comprobante. Haec Paullus pater. SIMILI in errore § persequitur nunc errores distinguentium evidentius. CVM sit incertum, uere, inaniter ne animus moueat? § in uulgatis libris, Animus, desiderabatur: ego addidi, secutus, praeter antiquum librum, ipsam sententiam, ipsumq. Ciceronem, qui non ita multo post, Conantur, inquit, ostendere, multa posse uideri esse, quae omnino nulla sunt; cum animi inaniter moueantur rebus ijs, quae nullae sint, ut ijs, quae sint. Haec Paullus pater.

## CICERO

**Q**UOD est igitur istuc uestrum probabile? nam, si, quod cuique occurrit, et primo quasi adspicere probabile uidetur, id confirmatur: quid eo leuius? sin ex circumscriptione aliqua, & accurata consideratione, quod nisum sit, id se dicent sequi: tamen exitum non habebunt; primum, quia, ijs uisit, inter quae nihil interest, aequaliter omnibus abrogatur fides: deinde, cum dicant posse accidere sapieti, ut, cum omnia fecerit, diligentissimeq. circumspexerit, ex istis aliquid, quod & uerisimile uideatur, & absit longissime a uero; quo modo, si magna parte quidem, ut solent dicere, ad uerum ipsum, aut quam proxime accedant, confidere sibi poterunt? ut enim confidant, notum his esse debet insigne uerii: quo obscuro, & oppreso, quod tandem uerum sibi uidebuntur attingere? quid autem tam obscurum dici potest, quam cum ita loquuntur? Est hoc quidem rei illius signum, aut argumentum; & ea re id sequor: sed fieri potest, ut id, quod significatur, aut falsum sit, aut nihil sit omnino. Sed de perceptione hanc tenus. si quis enim ea, quae dicta sunt, labefactare uollet; facile, etiam absentibus nobis, ueritas se ipsa defendet. His factis cognitis, quae iam explicata sunt, nunc de assensione, atque approbatione, quam Graeci εγκατάδεσον uocant, pauca dicemus: non quo non latus locus sit; sed paullo ante iacta sunt fundamenta. nam, cum uim, quae effet in sensibus, explicabamus, simul illud aperiebatur, comprehendi multa, & percipi sensibus: quod fieri sine

assensione non potest, deinde, cum inter inanum, & animal hoc maxime interficit, quod inanum nihil agit, animal agit aliquid: (nihil enim agens ne cogitari quidem potest quale sit) aut ei sensus admendus est; aut ea, quae est in nostra sita potestate, reddenda assensio. at uero animus quodam modo eripitur ijs, quos neque sentire, neque assentiri uolunt. etenim necesse est, ut lumen in libra, ponderibus impositis, deprimit, sic animum perspicuus cedere. nam, quo modo non potest animal ullum non appetere id, quod accommodatum ad naturam appareat: (Graeci id φύσις appellant) sic non potest obiectam rem perspicuum non approbare. Quamquam, si illa, de quibus disputatum est, uera sunt; nihil attinet de assensione omnino loqui. qui enim quid percipit, assentitur statim. Sed haec etiam sequuntur, nec memoria sine assensione posse constare, neque notitias rerum, nec artes: idq., quod maximum est, ut sit aliquid in nostra potestate, in eo, qui rei nulli assentietur, non erit. ubi igitur uirtus, si nihil situm est in ipsis nobis? Maxime autem absurdum, uita in ipsorum esse potestate, neque peccare quemquam, nisi assensione; hoc idem in uirute non esse; cuius omnis constantia, & firmitas ex ijs rebus constat, quibus assensa est, & quas approbavit: omninoq. ante uideri aliquid, quam agamus, necesse est, eti. quod uisum sit, assentiamur. Quare, qui aut uisum, aut assensum tollit, is omnem actionem tollit & uita.

## EXPLANATIO

**H**IS satis cognitis, § Voluntatis sic uim tuerit, & nouos Academicos redarguit, qui ponant hominem assentiri uitijs, atque non item uirtutibus. SENTIRE, § non, sensus habere, sed sensibus comprehendere.

## CICERO

**N**VNC ea uideamus, quae contra ab his disputari solent, sed prius potestis torius eorum rationis quasi fundamenta cognoscere. Componunt igitur prium artem quandam de ijs, quae uisa dicimus; eorūq. & uim, et genera definiunt; in his quale sit id, quod percipi, & comprehendendi possit, totidem uerbis, quot Stoici: deinde illa exponunt duo, quae quasi contineant omnem hanc quaestionem: quae ita uideantur, ut etiam alia multa eodem modo uideri possint, neque in his quidquam

interfit, non posse eorum alia percipi, alia non percipi: nihil interesse autem, non modo si ex omni parte eiusdem modi sint, sed etiam si discerni non possint. quibus positis, unius argumenti conclusione tota ab his causa comprebenditur, composita autem ea conclusio sic est. Eorum, quae uidentur, alia uera sunt, alia falsa: & quod falsum est, id percipi non potest: quod autem uerum uisum est, id omne tale est, ut eiusdem modi falsum etiam possit uideri. & quae uisa sunt eiusmodi, ut in ijs nihil



nihil interficit; non potest accidere, ut eorum alia percipi possint, alia non possint. nullum igitur est uisum, quod percipi possit. Quae autem sumunt, ut concludant id, quod uolunt, ex his duo sibi putant concedi. neque enim quisquam repugnat, ea sunt haec: quae uisa falsa sint, percipi ea non posse: & alterum; inter quae uisa nihil interficit, ex his non posse alia talia esse, ut percipi possint, alia, ut non possint. Reliqua uero multa, & uaria oratione defendunt: quae sunt item duo: unum; eorum, quae uideantur, alia uera esse, alia falsa: alterum; omnne uisum, quod sit a uero, tale esse, quale etiam a falso possit. haec duo proposita non praeteruolant, sed ita dilatant, ut non mediocrem curam adhibeant, & diligenter. diuidunt enim in partes, & eas quidem magnas, primum in sensus, deinde in ea, quae ducuntur a sensibus, & ab omni consuetudine, quam obscurari uolunt. tum peruenient ad eam partem, ut ne ratione quidem, & conjectura ulla res percipi possit. Haec autem universa concidunt etiam minutius, ut enim de sensibus bellerno sermone uidisti, item faciunt de reliquis, in singularibus rebus, quas in minima dispergunt, uolunt efficeri, ijs omnibus, quae uisa sint, ueris adiuncta esse falsa, quae a ueris nihil differant: ea cum talia sint, nihil posse comprehendendi.

## EXPLANATIO

**N**VNC ea uideamus, & cogitat argumenta aduersariorum inspicere, & nouae Academiae doctrinam consolto profert. EORVM, quae uideantur, alia uera esse, alia falsa: & sic opinor, melius, quam antea. Aliud uerum esse, aliud falso, probat antiquus liber: confirmat ipse Cicero, qui proxime supra, Eorum, inquit, quae uidentur, alia uera sunt, alia falsa. Haec Paullus pater.

## CICERO

**H**ANC ego subtilitatem philosophia quidem distinguissimam iudico, sed ab eorum causa, qui ita differunt, remotissimam. definitiones enim, & partitiones, & horum luminibus utens oratio, tum similitudines, dissimilitudinesq., & earum tenuis, & acuta distinctionis, si dentium est hominum illa uera, & firma, & certa esse, quae potuerit; non eorum, qui clament, nihil magis uera illa esse, quam falsa. quid enim agant, si, cum aliquid definierint, roget eos quispiciam, num illa definitio possit in aliam rem transferri quamlibet? si posse dixerint: quid enim dicere habeant, cur illa uera definitio sit? si negauerint: fatendum sit, quoniam uel illa uera definitio transference non possit in falsum, quod ea definitione explicetur, id percipi posse: quod minime illi uolunt. Eadem dici poterunt in omnibus partibus. si enim dicent, ea, de quibus differenti, se dilucide perspicere, nec uia communione uisorum impediri: comprehendere ea se posse farebatur. sin autem negabunt uera uisa a falsis posse distinguiri: qui poterunt longius progressi occurserint enim, sicut occursum est. nam concludi argumentum non potest, nisi ijs, quae ad concludendum sumpta erunt, ita probatis, ut falsa eiusdem modi nulla possit esse. Ergo, si rebus comprehensis, & perceptis uisa, & progressa ratio hoc efficiet, nihil posse comprehendendi: quid potest reperiiri, quod ipsum sibi repugnet magis? cnamq. ipsa natura accuratae orationis hoc profiteatur, se aliquid patesfacturam, quod non appareat, & quo id facilius asequatur, adhibitutam & sensus, & ea, quae perspicua sint: qualis est istorum oratio, qui omnia non tam esse, quam uideri uolunt? Maxime autem conuincuntur, cum haec duo pro congruen-

tibus sumunt tam uehementer repugnantia: primum, esse quaedam falsa uia; quod cum uolunt, declarant quaedam esse uera: deinde ibidem, inter falsa uia, & uera nihil interesse. at primum sumpereras, tamquam interesset. ita priori posterius, posteriori superius non iungitur. Sed progrediamur longius; & ita agamus, ut nihil nobis absentiat esse uideamus; quaeque ab his dicuntur, sic persequamur, ut nihil in praeteritis relinquantur. Primum igitur perspicuitas illa, quam diximus, satis magnam habet uim, ut ipsa per se ea, quae sint, nobis, ita ut sint, indicet: sed tamen, ut maneamus in perspicuis firmius, & constantius, maiore quadam opus est uel arte, uel diligentia; ne ab ijs, quae clara sint ipsa per se, quasi praefigiis quibusdam, et captiobibus depellamur, nam, qui noluit subuenire erroribus, Epicurus, ijs, qui uidentur conturbare ueri cognitionem; dixitque sapientis esse, opinionem a perpetuate sciungere; nihil fecit. ipsius enim opinionis error nullo modo sustinetur, quamobrem, cum duae causae perspicuis, & euidentibus rebus aduersentur; auxilia totidem sunt contra comparanda. aduersatur enim primum, quod parum desigunt animos, & intendunt in ea, quae perspicua sunt, ut, quanta luce ea circumfusa sunt, possint agnoscere: alterum est, quod fallacibus, et captiobibus interrogacionibus circumscripti, atque decepti quidam, cum eas dissoluere non possint, desiccent a ueritate. oportet igitur & ea, quae perspicuitate responderi possunt, in promptu habere, de quibus iam diximus; & esse armatos, ut occurvere possimus interrogacionibus eorum, captionesque discutere: quod deinceps facere constitui.

## EXPLANATIO

**I**LIA uera, & firma, & certa esse, quae potuerit? Apius ad sententiam uisum est. Putentur, quam, ut ante, Tutenur. ut dicat, illa uera esse, quae uideantur: contra sententiam Academicorum, qui, nihil magis uera illa esse, quam falsa, clamabant. quod proxime sequentibus uerbis ostenditur. Haec Paullus pater. Quid enim dicere habeant, cur illa uera definitio sit? Alij: Quid. n. dicere habeant? pro, nec n. negare possunt.



possunt, quod mihi non plane satisfacit, quiddam enim currunt in his uerbis aures meae sentiunt: nec Ciceroni propositum id uidetur magis, illam Academicorum definitionem transferri quamlibet in aliam rem posse; quam hoc, uel definitionem illam ueram non esse, quia transferri possit in alias res, uel, si transferri non possit, id esse uerum, percipi posse, quod ea definitione explicetur. quod omnino ab Academicis negatur. Videant igitur eruditii homines, an rectius hoc modo legi possit: Quid nam dico, habeant cur illa uera definitio sit? Haec Paullus pater. N 15 A, & progressa ratio. Cum legeretur, Vista & progressa; coniectura ducti, Nisa, corremus, ut similis, & apta translatio sit: quo modo etiam locutus est Tusc. 11. Praest, inquit, est ratio, quae connisa per se, & progressa longius, fit perfecta uirtus. Haec Paullus pater. PRIORI posterior, posterior superius non iungitur. Coniungitur, quidam legunt, non recte ut opinor, contra Ciceronis sententiam dixit enim, Non iungitur, pro, Non responderet, Non cohaeret, Non conuenit, in quo, inquit, maxime conuincuntur, quod duo pro congruentibus sumunt uehementer repugnantia: omnino & in libro scripto Bernardini Maffei legitur, Coniungitur, sed, ut sensus ostendit, corrupte. Haec Paullus pater.

## C I C E R O

**E**XPO NAM igitur generatim argumenta eorum; quoniam ipsi etiam illa solent non confuse loqui. Primum conant oculi endere, multa posse uideri esse, quae omnino nulla sunt, cum animi inaniter moueat, eodem modo rebus ipsis, quae nullae sint, ut ipsis, quae sint, nam cum dicatis, inquiunt, nisi quaedam mitti a deo, uelut ea, quae in sonni uideantur, quaeque oracula, aufficijs, exitis declarantur; (haec enim aiunt probari a Stoicis, quos contra disputant) quaerunt, quoniam modo, falsa uisa quae sint, ea deus efficere possit probabilitas; quae autem plane proxime ad uerum accedunt, efficere non possit? aut, si ea quoque possit, cur illa non possit, quae perdifficiliter, internoscantur tamen? & si haec, cur non inter quae nihil sit omnino? Deinde, cum mens moueat ipsa per se, ut & ea declarant, quae cogitatione depingimus, & ea, quae uel furiosis, uel dormientibus uidentur: non ne, inquiunt, uerissime sit, sic etiam mentem moueri, ut non modo non internoscatur, nera illa uisa sint, an ne falsa, sed ut in his nihil intersit omnino? ut si qui tremerent, & exalbescerent uel ipsis per se motu mentis aliquo, uel obiecta terribili re extrinsecus, nihil interesset, qui distingueretur tremor ille, & pallor, neque ut quidquam interesset inter intestinum, et oblatum. Postremo, si nulla uisa sint probabilia, quae falsa sint: alia ratio est. si autem sunt: cur non etiam quae non facile internoscantur? cur non ut plane nihil interessit? praesertim cum ipsis dicatis, sapien-tem in furore sustinere se ab omni affensi, quia nulla in iussis distinctio appareat. Ad has omnes uisiones inanes Antiochus quidem & permulta dicebat, et erat de hac una re unius diei disputatione: mibi autem non idem faciundum puto, sed ipsa capita dicenda: & primum quidem hoc reprehendendum, quod captiosissimo genere in- terrogationis utuntur: quod genus minime in philosophia probari solet, cum aliiquid minutatim, & gradatim additur, & demittitur. Soritas hos uocant, qui aceruum efficiunt uno addito grano, uitiosum sane, & captiosum genus, sic n. ad scindit: si tale uisum obiectum est a deo dormienti, ut probabile sit; cur non etiam, ut ualde uerisimile? cur deinde, non ut difficiliter a uero internoscatur? deinde, ut ne internoscatur quidem postremo; ut nihil inter hoc & illud intersit? buc si peruerteris, me tibi primum quidque concedente; meum uitium fuerit: si in ipse tua sponte processeris; tuum. quis enim tibi dederit, aut omnia deum posse; aut ita facturum esse, si possit? quo modo autem sumis, ut, si quid cui simile esse possit, sequatur, ut etiam internosci difficiliter possit? deinde, ut ne uix internosci quidem? postremo, ut idem sit? ut, si lupi canibus similes, eisdem dices ad extremum. & quidem honestis similia sunt quaedam non honesta, & bonis non bona, & artificiosi minime artificiosa. quid dubitamus igitur affirmare, nihil inter haec interesse? ne repugnantia quidem uideamus? nihil est enim, quod de suo genere in aliud genus transferri possit. at, si efficeretur, ut inter uisa differentium generum nihil interesset: reperirentur, quae & in suo genere essent, & in alieno. quod fieri qui potest? Omnia, deinde inanum uisorum una depulsio est, sine illa cogitatione informantur, quod fieri solere concedimus, siue in quiete, siue per uinum, siue per insaniam. nam ab omnibus eiusdem modi uisis perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus. quis enim, cum sibi singit aliquid, & cogitatione depingit, non, simulac se ipse commouit, atque ad se reuocauit, sentit, quid intersit inter perspicua, & inania?

## E X P L A N A T I O

**E**XPO NAM igitur iam seria dilucide tractat. quae enim praecesserunt, ut cognitu non satis incunda, nullis evidentibus exemplis declarabantur. Extis & exta plura liter tantum, cordis, pulmonis, lienis, jocinoris, uentriculi, intellina dicuntur, ab extando: quia superius circa pectus in corpore constituta sunt. lib. 2. de Nat. deorum refert, hinc multas saepe diuinationes natas. Et exalbescerent & natuum colorem in album mutarent: quod sit uel pudore, uel metu. lib. de Orat. Equidem & in uobis animaduertere soleo, & in meipso sapissime experior, ut exalbescam ad principia dicendi, totaq. mente, & omnibus artibus contremiscam. INTER intestinum, & oblatum. & s. motum. Intestinum autem, qui tribuitur intus a natura cuique: oblatum, qui fortuitis casibus offertur homini extrinsecus. In testina uero, notae significationis, uiscera, quae latent interior in corpore. SORITAS hos uocant, & subnecit acerui, graniq. uocabula, respectu etymologiae. οὐρός enim interpretatur proprie, cumulus, aut agger, hinc fortes

res a Dialecticis dicitur copiosa illa argumentandi forma, quæ ex uno concessso, multas infert per ordi-  
nem conclusiones. quoniam a simplici, magis, ac magis afflurgit, quasi crescens aceruo.

## C I C E R O

**E**ADM ratio est somniorum. num censes En-  
nium, cum in hortis cum Ser. Galba, uicino suo,  
ambulasset, dixisse; Visus sum mibi cum Galba am-  
bulare: at, cum somnianit, ita narravit: Visus Home-  
rus adesse poeta.  
idemq. in Epicharmo;

Nam uidebar somniare me ego esse mortuum.  
itaque, simul experreclii sumus, uisa illa contemminimus,  
neque ita habemus, ut ea, quae in foro gessimus. At  
enim, dum uidentur, eadem est in somniis species eo-  
rum, quae uigilantes uidentur. Primum interest: sed id  
omittamus: illud enim dicimus, non eandem esse uim,  
neque integratatem dormientium, & uigilantium, nec  
mente, nec sensu. Ne uolenti quidem, quae faciunt,  
eadem approbatione faciunt, qua sobri: dubitant; haes-  
tant, reuocant se interdum, usq., quae uidentur, imbe-  
cillius assentuntur; cumq. edormiuunt, illa uisa qua-  
lenia fuerint, intelligunt. Quod idem contingit insanis;  
ut & incipientes furere sentiant; & dicant aliquid,  
quod non sit, id uideri sibi; & cum relaxentur, sentiant,  
atque illa dicant Alcmaonis:

Sed mihi neutquam cor consentit cum oculorum  
adspicere.

At enim ipse sapiens sustinet se in furore, ne approbet  
salsa pro ueris; & alias quidem saepe, si aut insensi-  
bus ipsius est aliqua forte granitas, aut tarditas; aut  
obscuriora sunt, quae uidentur; aut a perspiciendo tem-  
poris breuitate excluditur. quamquam totum hoc, sa-  
pientem aliquando sustinere assensionem, contra uos est.  
si enim inter uisa nihil interesse; aut semper sustine-  
ret, aut numquam. Sed ex hoc genere toto perspicci po-  
test leuitas orationis eorum, qui omnia cupiunt con-  
fundere. querimus granitatis, constantiae, firmitatis,  
sapientiae iudicium; utimur exemplis somniantium, su-  
riosorum, ebriosorum, illud attendamus, in hoc omni gene-  
re quam inconstanter loquamur, non enim proferremus  
uino, aut somno oppresos, aut mente captos, tam absur-  
de, ut tum diceremus interesse inter uigilantium uisa,  
& sobriorum, & sanorum, & eorum, qui essent aliter  
affetti, tum nihil interesse. Ne hoc quidem cernunt, om-  
nia se reddere incerta: quod uolunt. ea dico incerta, qua e  
etiam Graeci. si enim res se ita habeant, ut nihil inter-  
sit, utrum ita cui uideatur, ut insano, an sano: cui posset  
exploratum esse de sua sanitate? quod uelle efficere,  
non mediocris insaniam est.

## EXPLANATIO

**E**ADM ratio est somniorum. } quae, ut Academicci uolunt, sunt de genere uisorum. IN Epicharmo; §  
Syracusano, qui, primus, teste Suida, comoediam effinxit. ILLA dicant Alcmaonis: § filij Amphia-  
rai, ac matris parricidio nobilis. Fuit & alius Alcmaeon Crotoniates, discipulus, & sectator Pythagoræ.  
SED ex hoc genere toto § copti sermonis reuocatio.

## C I C E R O

**S**IMILITUDINES uero aut geminorum, aut signo-  
rum anulis impressorum pueriliter consequantur.  
quis enim nostrum similitudines negat esse, cum eae  
plurimis in rebus apparent? sed, si satis est ad tollendā  
cognitionem, similia esse multa multorum: cur eo non  
estis contenti, praesertim concedentibus nobis? & cur  
potius id contenditis, quod rerum natura non patitur,  
ut non suo quidque genere sit tale, quale est? nec sit in  
duabus, aut pluribus nulla re differens ulla communida-  
tis: ut sibi sint & oua onorum, & apes apum simili-  
tiae. Quid pugnas igitur? aut quid tibi uis in geminis?  
conceditur enim similes esse: quo contentus esse potue-  
ras, tu autem uis eosdem esse plane, non similes: quod  
fieri nullo modo potest. Deinde confugis ad physicos,  
eos, qui maxime in Academia irridentur: a quibus ne-  
tu quidem iam te ablinebis: & ait Democritum dice-  
re, innumerabiles esse mundos, & quidem sic quosdam  
inter se non solum similes, sed undique, perfecte, &  
absolute ita pares, ut inter eos nihil prorsus interfit, &  
eo quidem innumerabiles: itemq. homines. deinde po-  
etas, ut, si mundus ita sit par alteri mundo, ut inter eos  
ne minimum quidem interfit, concedatur tibi, ut in hoc

quoque nostro mundo aliiquid alicui sic par sit, ut nihil  
diffierat, nihil interfit. cur n. inquires, cum ex illis indi-  
viduis, unde oīa Democritus gigni affirmat, in reliquis mun-  
dis, & his quidem innumerabilibus, innumerabiles Q.  
Lutatij Catuli non possint esse, sed etiam sint; in hoc tan-  
to mundo Catulus alter non possit effici? Primum qui-  
dem me ad Democritum vocas, cui non assentior: po-  
tius refellam, propter id, quod dilucide docetur a poli-  
tioribus physicis, singularum rerum singulas proprie-  
tates esse. fac enim antiquos illos Serviuūos, qui gemini  
fuerunt, tam similes, quam dicuntur: num censes etiam  
eosdem fuisse? non cognoscabantur foris; at domi: non  
ab alienis, at a suis, an non uidentur hoc usu nenire, ut,  
quos numquam putassemus a nobis internosci posse,  
eos, consuetudine adhibita, tam facile internoscemus,  
uti ne minimum quidem similes esse uidentur? Hic  
pugnat licet, non repugnabo: quin etiam concedam, il-  
lum ipsum sapientem, de quo omnis hic sermo est, cum  
ei res similes occurrent, quas non habeat denotatas, re-  
tenturum assensem, nec unquam ulli uiso assenfum,  
nisi quod tale fuerit, quale falsum esse non posse. sed  
ad ceteras res habet quandam artem, qua uera a fal-  
sis possit



sis posse distinguere: & ad similitudines istas usus adhibendus est, ut mater geminos internoscit consuetudine oculorum; sic tu internoscis, si assueris, uides ne, ut in proverbio sit ouorum inter se similitudo? tamen hoc acceperimus, Deli fuisse complures, saluis rebus illis, qui gallinaz alere permultas quae fuisse causa solerent, hi cu ouum inspicerant; quae id gallina peperisset, dicere solebant. neque id est contra nos, nam nobis fari est, non illa internoscere, nibil. n. magis assentiri potest, hoc illud esse, qua si inter illa omnino nihil interesset.

habeo enim regulam, ut talia uisa iudicem, quae falsa esse non possint, ab hac mibi non licet transuersum, ut aiunt, digitum discedere, ne confundam omnia. ueri enim, & falsi non modo cognitio, sed ex natura tolletur, si uilib erit, quod interfit. ut etiam illud absurdum sit, quod interdum soletis dicere; cum uisa in animos imprimitur, non uos id dicere, inter ipsas impressiones nibil interesse, sed inter species, & quaedam formas eorum, quasi uero non specie uisa iudicentur; quae fidem nullam habebunt, sublata ueri, & falsi nota.

## EXPLANATIO

**P**VERILITER consequuntur. & Consecutor hic significat, ut pueriliter, ita contentiose persequor. **T**autem uis & personae fictio, ponit ante oculos sibi praesentem aduersarium ex Academicis, & disputantem, cui te & respondeat. Vnde sumit noui sermonis rhetoricam occasionem. Et eo quidem innumerabiles & sunt, qui legant, Eos, ego hoc totum suspicor abundare. iacet enim, & otiosum est, neque ad sententiam quidquam affert, quo perfectior esse videatur. Haec Paullus pater. Ex illis individuis, & hoc est, ex particulis illis minutissimis atomorum, & corpusculis, nam lib. 1. de Finibus, atomorum interpretationem afferens, inquit, corpora individua. **A**NTIQVOS illos Seruilios, & miraculo proximum, ne dignosci quidem foris alterum ab altero potuisse. **S**ALVIS rebus illis, & quod honorem tuerit id Apollinem respicit, qui Deli religiosissime colebatur. **D**ICERE solebant. & fortasse rectius, Discernere; cum sequatur, Internoscere, Sic & antiquus liber. **H**ABEO enim regulam, & colligit breuiter Lucullus, quae haec tenus dixit contra Academicos.

## CICERO

**I**LUD uero perabsurdum, quod dicitis probabilitia uos sequi, si re nulla impediamini. Primum, qui potestis non impediri, cum a ueris falsa non distinetur? deinde, quod iudicium est ueri, cum sit commune falsi? ex his illa necessario nata est error, id est assensionis retinacio in qua melius sibi coſtituit. Arcessilas, si uera sunt, quae de Carneade non nulli existimant, si enim percipi uilib potest; quod utrius uisum est, tollendus assensus est, quid enim est tam futile, quam quidquam approbare non cognitum? Carneadem autem etiam heri audiebamus solitum esse delicti interdum, ut diceret, opinatus id est peccaturum esse sapientem, mibi porro non tam certum est, esse aliquid, quod comprehendendi posset; de quo minium etiam diu disputo; quam sapientem nihil opinari, id est non quam assentiri rei uel falsae, uel incognitae. Restat illud, quod dicunt, ueri innuendi cauſa contra omnia dici oportere, & pro omnibus, uolo igitur uidere, quid innuenterint. Non solemus, inquit, ostendere. Quae sunt tandem ista mysteria? aut cur celtais, quasi turpe aliquid, sententiam nostram? Ut qui audiunt, inquit, ratione potius, quam auctoritate, ducantur. Quid, si utrumque enim peius est? Num tamen illud non celant; nihil esse, quod percipi posset, an in eo auctoritas nihil absit? mihi quidem uidetur uel plurimum: quis enim ista, tam aperte, perspicueq. & peruersa, & falsa, secutus esset, nisi tanta in Arcessila, multo et maior in Carneade & copiareru, et dicendi uis fuisset?

Hac Antiochus sere & Alexandriae tum, & multis annis post multo etiam assuerantius in Syria, cum esset mecum, paulo ante quam esset mortuus. Sed iam confirmata cauſa, te, hominem amicissimum, (me autem appellabat) & aliquot annis minorem natu, non dubito monere. Tu ne, cum tantis laudibus philosophiam extuleris, Hortenſiumq. nostrum dissentientem commoueris, eam philosophiam sequere, quae confundit uera cum falsis, spoliat nos iudicio, priuat approbatione, omnibus orbat sensibus & Cimmerijs quidem, quibus adspicuum folis, siue deus aliquis, siue natura ademerat, siue eius loci, quem incolebant, situs, ignes tamen aderant, quorum illis uti lumine licebat: illi autem, quos tu probas, tantis offusis tenebris, ne scintilla quidem illam nobis ad adspicendum reliquerunt, quos sequamur, ijs vinculis simus adstriciti, ut nos comouere nequeamus, sublata enim assensione, omnem & motum animorum, & actionem rerum suslulerunt, quod non modo recte fieri, sed omnino fieri non potest. Prouide etiam, ne uni tibi istam sententiam minime licet defendere. Antu, cum res occultissimas aperueris, in lucemq. protuleris, iuratusq. dixeris, ea te compreherisse, quod mihi quoque licebat, qui ex te illa cognoveram; negabis esse rem ullam, quae cognosci, comprehendendi, percipi possit? uide, quaeſo, etiam atque ciuiam, ne illarum quoque rerum pulcherrimarum a te ipso minuantur auctoritas.

## EXPLANATIO

**I**Dest assensionis retentio & Hoc puto Ciceronis non esse, uerum ab aliquo, qui proximum antecedens uerbum exponeret, esse additum. Haec Paullus pater. In quam melius & quia non dicebat id, quod Carneades



Carnades opinaturum sapientem. **OPI**NATVRVM, id est peccatum 3 Carneadis uerba interpretatu<sup>r</sup> Lucullus. Non tam certum est, 3 quod ita certum est, ut nimium diu disputem. Sed iam confirmata causa, 3 Conuersio sermonem ab utraque Academia dirigit ad ipsum Ciceronem, perinde ac si illum a suscepit semel philosophiae professione rationibus reuocare uelit. NOSTRVM dissentientem 3 eo quod magis tribueret iuris prudentiae, & humanioribus doctrinis, quam philosophiae studijs. Et Cimmerij quidem 3 Cimmerij Scythæ, intra montium conualles constituti, ab opido Cimmerio sic dicti, quod situm est in ostio Bospori septentrionalis Plin.lib. v 1. cap. 2. PROVIDE etiam 3 nimirum intellexit Cicero, quam plenæ nugarum essent seriae illæ philosophorum disputationes. REs occul-  
tissimas 3 coniurationem Catilinæ significat.

## C I C E R O

**Q**VAE cum dixisset ille, finem fecit. Hortensius autem uehementer admirans, quod quidem perpetuo, Lucullo loquente, fecerat, ut etiam manus saepe tolleret, (nec mirum: uam numquam arbitrator contra Academiam dictum esse subtilius) me quoque, iocans ne, an ita sentiens, (non enim satis intelligebam) coepit hortari, ut sententia desisterem. Tum mihi Catulus. Si te, inquit, Luculli oratio flexit, quae est habita memoriter, accurate, copiose, taceo; neque te, quo minus, si tibi ita uideatur, sententiam mutes, deterrendum puto: illud uero non censuerim, ut eius auctoritate mouere. tantum enim te non monuit, inquit arrendens, ut caueres, ne quis improbus tribunus pl. quorum uides quanta copia semper futura sit, arriperet te, & in concione quereret, qui tibi constares, cum idem uegares quidquam certi posse reperiri, idem te comperisse dixisses. hoc, quae so, ne te terrcat de causa autem ipsa malum quidem te ab hoc dissentire: si cesseris, non magnopere mirabor. memini enim Antiochum ipsum, cum annos multos talia sensisset, simul ac nisum sit, sententia deslitifise. Haec cum dixisset Catulus, me omnes intueri. Tum ego, non minus commotus, quam soleo in causis maioribus, huiusmodi quadam oratione sum exorsus: Me, Catule, oratio Luculli de ipsa re ita mouit, ut docti hominis, & copiosi, & parati, & nihil praeteruentis eorum, quas pro illa causa dici possent; non tamen, ut ci respondere posse diffiderem. auctoritas autem tanta plane me mouebat, nisi tu opposuisses non minorem tuam. aggrediar igitur, si panca ante quasi de fama mea dixeris. Ego enim, si, aut ostentatione aliqua adductus, aut studio certandi, ad hanc potissimum philosophiam me applicavi, non modo stultitiam meam, sed etiam mores, & naturam condemnandam puto. nā,

si minimis in rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur: ego de omni statu, consilioq. totius uitiae aut certare cum alijs pugnaciter, aut frustrari cum alios, tum etiam me ipsum uelim itaque, nisi ineptum putarem, in tali disputatione id facere, quod, cum de rep. discipiatur, fieri interdum solet; iurarem per Iouem, deosq. penates, me & ardore studio ueri reperiendi, & ea sentire, quae dicerem, qui enim possum non cupere uerum inuenire, cum gaudeam, si simile ueri quid inuenierim? sed, ut hoc pulcherrimum esse iudicem, uera uiderem: sic, pro ueris probare falsa, turpissimum est. nec tamen ego is sum, qui nihil umquam falsi approbem, qui namquam assentiar, qui nihil opinor. sed quae rimus de sapiente, ego uero ipse & magnus quidam sum opinor; (non enim sum sapiens) & meas cogitationes sic dirigo, non ad illam parvulam Cynosuram,  
,, Quæ fidunt duce nocturna Phoenices in alto, ut ait Aratus; eq. directius gubernant, quod eam tenent,  
,, Quæ cursu interiore breui conuertitur orbe; sed ad Elicen, & clarissimos septemtriones, id est ratios has, latiore specie, non ad tenue elimatas. eo fit, ut errem, & uager latius. sed non de me, ut dixi, sed de sapiente quaeritur. uisa enim ista cum acriter mentem, sensum ue pepulerunt, accipio, bisq. interdum assentior, nec percipio tamen: nihil enim arbitror posse percipi. non sum sapiens: itaque uisit cedo, neque possum resistere sapientis autem hanc censem. Arcticas uim esse maximam, Zenoni assentiens, cauere ne capiatur, ne fallatur uidere. nihil est enim ab ea cogitatione, quam habemus de grauitate sapientis, errore, lenitate, temeritate disiunctius.

## EXPLANATIO

**V**T etiam manus saepe tolleret, 3 gestu affectum suum comprobando. **TALIA** sensisset, 3 non qualia Lucullus dixerat, quae perpetuo in reliqua uita retinuit, sed qualia recentiores Academicci sentiebant. **ME**, **Catule**, 3 praemisis respondebit, & obiter consilij sui rationem reddit. **V**T hoc pulcher rimum 3 per insignis sententia. **PARVULAM** **Cynosuram**, 3 caeleste sidus, quod alio nomine Arctos dicitur, Latinis minor Vrſa, sed, si syllabatim exponas, canis cauda. Quod autem additum Helicen, est Arctos altera, maiorem Vrſam dicimus. Ne fallatur uidere. 3 hoc est, uisa; uel, uidendo, ponitur enim hic infinitius pro nomine, uel gerundio.

## C I C E R O

**Q**VID igitur loquar de firmitate sapientis? quem quidem nihil opinari, tu quoque, Luculle, con-

cedis. quod quoniam a te probatur, (ut praepostere tecum agam: mox referam me ad ordinem) haec primum conclusio

conclusio quam habeat uim, considera. Si ulli rei sapiens assentierit umquam aliquando etiam opinabitur: num quam autem opinabitur; nulli igitur rei assentietur. hanc conclusionem Arcessilas probat: confirmat enim primum, & secundum. Carneades non numquam secundum illud dabant, assentiri aliquando ita sequebatur, et opinari, quod tu non sis, & recte, ut mibi uideris. Sed illud primum, sapientem, si assenturus esset, etiam opiniaturum, falsum esse & Stoici dicunt, & eorum adstipulator Antiochus: posse enim eum falsa a ueris, & quae non possint percipi, ab ijs, quae possint, distinguere. Nobis autem primum, etiam si quid percipi possit, tamen ipsa consuetudo assentiendi periculosa esse uidetur, & lubrica, quamobrem, cum tam uitiosum esse colet, assentiri quidquam aut falsum, aut incognitum; sustinenda est potius omnis assensio, ne praecipitet, si temere processerit. ita enim finitima sunt falsa ueris, eaq., quae percipi possunt, (si modo ea sunt quaedam: iam enim uidetur) ut tamen in praecipitem locum non debeat se sapiens committere. Sin autem, omnino nihil esse, quod percipi possit, a me sumpero: &, quod tu mibi das, accepero, sapientem nihil opinari: effectum illud erit, sapientem assensus omnes cohibitum. ut tibi uidendum sit, id ne malis, an aliquid opinaturum esse sapientem, neutrum, inquietus, illorum, nitamus igitur, nihil posse percipi. etenim de eo omnis est controversia. sed prius pauca cum Antiocho: qui haec ipsa, quae a me defenduntur, & didicit apud Philonem tam diu, ut constaret diutius didicisse neminem; & scripsit de his rebus acutissime; & idem haec non acris accusavit in sententia, quam antea defensitauerat, quamvis igitur fuerit acutus, ut fuit: tamen inconstantia leua-

tur auctoritas. Quis, inquam, enim iste dies illuxerit, quaero, qui illi ostenderit eam, quam multos annos esse negauisset, ueri & falsi notam. Excogitauit aliquid, eadem dicit, quae Stoici. Paenituit eum illa sensisse, cur non se transfluit ad alios, & maxime ad Stoicos? eorum enim erat propria ista defensio. quid eum Mnesarchi paenitebat? quid Dardani? qui erant Athenis tum principes Stoicorum. numquam a Philone discessit, nisi postea quam ipse coepit, qui se audirent, habere. Vnde autem subito uetus Academia renouata est? nominis dignitatem uidetur, cum a re ipsa desciceret, retinere uoluisse: quod erant, qui illum gloriae causa facerent sperare, etiam fore, ut ijs, qui sequerentur, Antiochij uarentur. mibi autem magis uidetur non potuisse sustinere concursum omnium philosophorum. etenim de ceteris sunt inter illos non nulla communia: haec Academicorum est una sententia, quam reliquorum philosophorum nemo probet. itaque cessit. ut enim ijs, qui sub nube solem non ferunt: item ille, cum aestuaret, ueterum, ut Maenianorum, sic Academicorum umbrā secutus est. quoq. solebat uti argumento tum, cum ei placebat nihil posse percipi; cum quaereret Dionysius ille Heracleotes, utrum comprehendisset certa illa nota, qua assentiri dicitis oportere, illud ne, quod multos annos tenuisset, Zenoniq. magistro credidisset; honestum quod esset, id bonum solum esse; an, quod postea defensit, honesti inane nomen esse, uoluptatem esse summum bonum; qui ex illius commutata sententia docere uellet, nihil ita signari in animis nostris a nero posse, quod non eodem modo posset a falso sis curauit, quod argumentum ex Dionysio ipse sumposset, ex eo ceteri sumerent.

## EXPLANATIO

**R**EFERAM me ad ordinem) & disputationi conuenientem. Alias in ordinem referri, contemptibile. CARNEADES non numquam secundum illud dabant, assentiri aliquando: ita sequebatur, etiam opinari. & Cumantea in omnibus libris legeretur, Id assequebatur, emendaui, conjectura ductus. Ita sequebatur, eo confidentius, quod It pro Id ueteres scribebant. Duo autem illa uerba, Assentiri, Opinari, loco mouere, ut alterum in alterius sedem migraret, & ita legeretur: Carneades non numquam secundum illud dabant, opinari aliquando: ita sequebatur, etiam assentiri. De duob. enim, quod proposuit, sciēdū illud erat: Numquam autem opinabitur: de quo Carneades ita sentiebat, ut interdum diceret, sapientē opinari: ita sequebatur, & assentiri: ut apparet, Carneadem aliquem tamen assensum dare sapienti, quem Arcessilas penitus tollebat, cum uterque esset Academicus. Hacc Paullus pater. Ne praecipitet, & Praecipito, neutrale passiuū, idem est, quod praeceps agor, praeceps ruo, & cum aliquo casu significat in praeceps deicio. Praecipitar ex altissimis montibus Nilus apud Ciceronem, priore regula: Praecipitare se ex rupi Plinius dixit, & Praecipitare se in flumen, Caesar, in actiua significatione. In praecipitem locum & assensionem. NEVTRVM, & quod sentit Arcessilas. Quid eum & communet praecividicium doctrinae, culpa Antiochi iam uita functi, qui, cum dissentiret ab Academicis, non se contulerit ad Stoicos. GLORIAIE causā facerent & sic locutus in libello de opt. ge. orat. OMNIVM philosophorum hanc unam improbatum Academicorum sententiam, nihil omnino posse percipi. detrahit Antiocho uirtutem resistenti necessariam, ut eius minuat auctoritatem. VT enim ijs, qui sub nube & iocosa comparatio de rebus Antiochi, qui, quasi calore difficultatis incensus, umbram quietis penes Academicos quascuerit. MAENIANORVM & uide Pedianum.

## CICERO

**S**ED cum haec alio loco plura; nunc ad ea, quae a te, Luculle, diffa sunt. Et primum, quod initio dixisti, uideamus quale sit: similiter a nobis de antiquis philosophis commemorari, atque seditionis solerent claros ui-

ros, sed tamen populares, aliquos nominare illi, cum res non bonas tractent, similes bonorum uideri uolunt: nos autem dicimus, ea nobis uideri, quae uosmet ipsi, nobilissimis philosophis placuisse conceditis. Anaxagoras niuem

*nuem nigram dixit esse, ferres me, si ego idem diceret?* tu, ne si dubitarem quidem, at quis est hic enim sophistes? sic enim appellantur ijs, qui ostentationis, aut quae flus causa philosophantur. maxima fuit & grauitatis, & ingenij gloria. Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre possumus non modo ingenij magnitudine, sed etiam animi? qui ita sit ausus ordiri: Haec loquor de uniuersis. nihil excipit, de quo non profiteatur. quid enim esse potest extra uniuersa? quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquisq. inferioris aetatis? qui mihi, cum illo collocati, quinque classis uidentur. atque is non hoc dicit, quod nos, qui ueri esse alii quid non negamus, percipi posse negamus. ille uerum esse plane negat: esse sensus quidem nec obscuros dicit, nec tenebricosos, sic enim appellat eos is, qui hunc maxime est admiratus, Chius Metrodorus initio libri, qui est

de natura. Nego, inquit, scire nos, sciamus ne aliquid, an nihil sciamus; ne id ipsum quidem ne scire, aut scire, sci re nos; nec, omnino sit ne aliquid, an nihil sit. Furere tibi Empedocles uidetur: at mibi dignissimum rebus ijs, de quibus loquitur, sonum fundere. num ergo is exacebat nos, aut orbat sensibus, si parum magnam uim censem in ijs esse ad ea, quae sub eos subiecta sunt, iudicanda? Parmenides, Xenophanes, minus bonis quamquam uersibus, sed tamen illis uersibus, increpat eorum arrogantiā quasi irati, qui, cum sciri nihil possit, audient se scire dicere. Et ab his aiebat remouendum Socratem, & Platonem: cur? an de illis certius possum dicere? uixisse cum his equidem uideor: ita multi sermones perscripti sunt, e quibus dubitari non possit, quin Socrati, nihil, sit uisum, sciri posse. exceptit unum tantum, scire se, nihil se scire: nihil amplius.

## EXPLANATIO

**A**NAXAGORAS *nuem nigram* § Princeps hic olim habitus est in physicis: sed interdum ineptissimus, ut hic, cum niuem nigram esse dicit. *NVM SOPHISTES?* § Anaxagoras. **QVINTAE CLASIS.** § ultimae auctoritatis. Liuius lib. I. ab. Virbe cond. narrat, Seruum Tullium in quinque classes, ex modo census, distribuisse populum Romanum. Primae igitur Classis erant ditissimi quique: postremae reditibus, & bonis minimi. Inde Cicero iocatur in Cleanthe, atque Aristippum. Classis alias nauium multitudo, atque frequens equitum globus, apud Virg. *NEGO*, inquit, scire nos, § sophistarum uanissimas a gutias deridet Cicero. Toties hic uerbum idem super alterum ingeminatur, ut, uere nescias, quid sibi cum hoc scire Empedocles uelit. **XENOPHANES,** § Colophonius qui fuit circa quadragesimam Olym piadem. Sextus Emp. adu. math. cap. 13. **CERTIVS POSSUM DICERE?** § eos sensisse, nihil posse percipi.

## CICERO

**Q**VID dicam de Platone? qui certe tam multis libris haec persecutus non esset, nisi probauisset ironiam enim alterius, perpetuam praesertim, nulla fuit ratio persequi. *Videos ne tibi, non, ut Saturninus, nominare modo illi tres homines, sed etiam imitari numquam nisi clarum, nisi nobilem?* atque habebam molestos uobis, sed minutos, Stilbonem, Diodorum, Alexiuum: quorum sunt contorta, & aculeata quaedam sophismata; sic enim appellantur fallaces conclusiunculae. Sed, quid eos colligam, cum habeam Chrysippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum? quam multa ille contra sensus, quam multa contra omnia, quae in consuetudine probabantur? dissoluit idem. mibi quidem non uidetur: sed dissoluerit sanc: certe tam multa non collegisset, quae nos fallerent probabilitate magna, nisi uideret ijs resisti non facile posse. Quid Cyrenei uidentur, minime contempti philosophie qui negant esse quidquam, quod percipi possit extrinsecus: ea se sola percipere, quae tactu intimo sentiantur, ut dolorem, & uoluptatem; neque se, quo quid colore, aut quo sono sit, scire, sed tantum sentire affici se quodam modo. Satis multa de auctoribus, quamquam ex me quaeasieras, non ne putarem, post illos ueteres, tot saeculis inueniri uerum potuisse, tot ingenij, tantisq. studys quaerentibus, quid inuenit sit, paullo post uidero, te ipso quidem iudice. Arcessilam uero non obtrestandi causa cum Zenone pugnauisse, sed uerum inuenire uoluuisse, sic intelligi-

tur. Nemo umquam superiorum non modo expressebat, sed ne dixerat quidem, posse hominem nihil opinari; nec solum posse, sed ita necesse esse sapienti. uisa est Arcessilac cum uera sententia, tum honesta, & digna sapientie, quae fuit de Zenone fortasse, quid futurum esset, si nec percipere quidquam posset sapiens, nec opinari, sapiensis esset. Ille, credo: nihil opinatur; quoniam esset, quod percipi posset. Quid ergo esset id? uisum, credo. Quale igitur uisum illum ita definituisse: ex eo quod esset, sicut esset, impressum, & signatum, & effictum. Post requisitum, etiā ne, si eiusmodi esset uisum uerum, quale falsum? hic Zenonem uidiſe acute, nullum esse nū, quod percipi posset; si id tale esset ab eo, quod est, ut eiusmodi ab eo, quod non est, posset esse recte. consensit Arcessilas ad definitionem additum: ne que enim fallsum percipi posse, neque uerum, si esset tale, quale uel falsum, incubuit autem in eas disputationes, ut doceret, nullum tale esse uisum a uero, ut non eiusdem modi etiam a falso possit esse. Haec autem est una contentio, quae adhuc permanserit. Nam illud, nulli rei a sensuram esse sapientem, nihil ad hanc controuersiam pertinebat. licebat enim nihil percipere, & tamen opinari, quod a Carneade dicitur probatum, equidem, Clitomacho plus, quam Philoni, aut Metrodoro, credens, hoc magis ab eo disputatum, quam probatum, puto. sed id omittamus.

## EXPLANATIO

**V**IDEOR ne tibi, non, ut Saturninus, nominare modo illustres homines, sed etiam imitari numquam, nisi claram, nisi nobilem? Quid sibi uelit hic, Numquam, satis non intelligo. Suspicatus aliquando sum, Quemquam, legi posse: ut hoc Cicero dicit: Videor ne tibi quemquam inuitare, nisi clarum, nisi nobilem: non ut Saturninus, nominare modo illustres homines, nequaquam autem imitari. Postea magis placuit hoc modo: Videor ne tibi, non ut Saturninus, nominare modo illustres homines, sed etiam imitari? numquam, nisi clarum, nisi nobilem? Quae mihi mea tum denique placebit opinio, si ueterum librorum accesserit auctoritas, aut eam hominibus eruditis non displicere cognouero. Haec Paullus pater. HABEBAM molestos uobis, sed minutos, & plurimi, licet contempti, molesti tamen esse possunt. Sic enim appellantur & sophismatis expositio. FVLCI REPUTATUR PORTICUM & tueri dignitatem Stoicorum, aut scholam ipsam. solebant enim philosophi, deambulantes in porticibus disputare, sic lib. de orat. Porticus, inquit, haec ipsa, ubi inambulamus. PROBANTVR dissolutum idem, mihi quidem non uidetur: sed dissoluerit sane: & Pater sententia, quae latebat antea, ob interpunkta male collocata. sic enim erat in omnibus uulgatis libris: Quam multa ille contra sensus, quam multa contra omnia, quae in consuetudine probantur, dissolutum idem mihi quidem non uidetur. Possunt haec quibusdam minuta uideri; mihi, & opinor sincere iudicantibus, non uidentur. quid enim in emendando nostra laborat industria? nisi, ut sententiam assequamur: id quoquo modo succedat, laudabile est: porro, quantum obscuris locis haec interpungendi ratio, a superioribus neglecta dicam, an ignorata? lucem attulerit, omnes, opinor, intelligunt, quos modo paullo elegantior doctrina delectat. Haec Paullus pater. DISOLVERIT sane: & concessio, qua Chrysippi caussa firmamētum, ut infirmum seponit. Dissoluere hic pro Refellere, uel Diluere obiecta accipitur: quo modo mox habebimus, cuni dicet, Interrogationes dissoluere si non possunt, deficiunt a ueritate. QUAMQVM ex me quæsieras, & quamquam tu, omissa ueterum auctoritate, quæsieras, num, post eos, aliquid tot saeculis inueniri potuerit, ab eis non inuentum. QVID futurum est, & sapiens ne esset? qui enim sapiens, percipit; qui non percipit, non sapiens. QVONIAM est & aliquid, non omnia, quædam enim uisa percipi, uera scilicet; quædam non percipi, ut falsa. SIGNATVM, & effe Etum. & Reposui, Effectum, ut persistat in metaphora, & cum duobus uerbis, Imprimere, & Signare, consentiat: quo modo item locutus est supra, Vism, inquit, imprellum, effectumq. ex eo unde esset. Haec Paullus pater. RECTE consensit Arcesillas ad definitionem additum: & Si distinguatur ut antea, quis intelligit? erat enim hoc modo: Recte consensit Arcesillas ad definitionem additum. Huius generis multa sunt a nobis emendata: quae non commemoro, satis ipsa re contentus. Haec Paullus pater. INCUBUIT & Arcesillas.

## CICERO

**I**LLO certe, opinione, & perceptione sublata, sequitur omnium assensionum retentio: ut, si ostendere nihil posse percipi, tu concedas numquam assensurū esse, quid ergo est, quod percipi possit, sine sensu quidem uera nunciant? quos tu, Lucille, communī loco defendis, quod ne id facere posses, iecircō heri, non necessario loco, contra sensus tam multa dixeram. Tu autem te negas infraeo remo, neque columbae collo commovere. Primum, cur? Nam & in remo sentio non esse id, quod uideatur; & in columba plures uideri colores, nec esse plus uno. Deinde, nihil ne praeterea diximus? maneat illa omnia, acerat ista causa: ueraces suos sensus esse dicit, igitur semper auctorem habes, & eum, qui magno suo periculo causam agat. eo enim rem dimittit Epicurus, si unus sensus semel in uita mentitus sit, nulli umquam esse credendum. hoc est uerum esse, confidere suis testibus, & importune insistere. itaque Ti magoras Epicureus negat sibi umquam, cum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse uisas: opinio nis enim esse mendacium, non oculorum, quasi quaeratur, quid sit, non quid uideatur. Sed hic quidem maiorum similis, tu uero, qui uisa sensibus alia uera dicas esse, alia falsa, qui ea distinguuntur: desine, quae so, communibus locis, domi nobis ista nascuntur. Si quis deus interrogat, sanis modo, & integris sensibus, num amplius quid desideras? quid respondeas? Vtinam quidem roget, audiat, quam nobiscum male agatur, ut, n. uera ui-

deamus, quam longe uidebimus? ego Catuli Cumanam ex hoc loco regionem video, Pompeianum non cerno: neque quidquam interiectum est, quod obflet; sed intendi longius acies non potest. o praeclarum prospectum: Putculos uideamus: at familiare nostrum Arianū, fortasse in porticu Neptuni ambulanter, non uideamus. at ille nescio qui, qui in scholis nominari solet, mille & octingenta stadia quod abesse, uidebat: quaedam uolucres longius. Responderem igitur audacter isti nostro deo, me plane his oculis non esse contentum. Dicit me acius uidere, quam ullo spissis fortasse: qui neque uidentur a nobis, & nūc quidē sub oculis sunt: neque ipsi nos suspicere possunt. ergo, ut illis aqua, sic nobis aer crassus offunditur. At amplius non desideramus. quid talpam? num desiderare lumen putas? Neque tam quererer cum deo, quod parum longe, quam quod saluum uiderem. Vides ne nanum illam? Stare nobis uideatur: at ijs, qui in nani sunt, moueri haec uilla, quaere rationem, cur ita uideatur: quam ut maxime inuenieris; quod haud scio an non possis: non tu uerum testem habere, sed eum non sine causa saluum testimonium dicere ostenderis. Quid ego de nani? nudi enim a te remum contemni, maiora fortasse quaeris, quid potest esse maius? quem mathematici amplius duo de uiginti partib. confirmant maiorem esse, quam terram. quantulus nobis uideatur? mihi quidem quasi pedalis.

EXPLA-



## EXPLANATIO

**Q**uoniam ne id facere posses, § Malim, Quod ne facere posses. Haec Paulus pater. LATERE ista caussa; hoc totum suspicor ita legendum. Maneant illa omnia, iaceant ista, caussa ueraces suos sensus esse dicit. Vel, Latrat ista caussa: cum & Lucretius lib. 2. dixerit: Non ne uidetis Nisi aliud sibi naturam latrare, nisi &c. DIMITTIT Epicurus; § malim, Demitit. LUCERNA § Instrumentum est igne iam illuminatum. ut ad Atticum: Ego cum eadem, inquit, lucerna hanc epistolam scripsisse, qua inflammari tuam, Formis ad Pompeium profecturus eram. COMMUNIBVS locis. § subintellige, nobiscum agere. Sunt autem loci communes, qui sententias omnibus communiter notas continent, ut de sensibus, de uita, de uititibus. Haec enim quicunque sapiunt, ex se per naturam semper, aut sciunt, aut agnoscunt. Deinde loci communes dicuntur, qui titulos rerum memoratur dignarum, resq. necessarias ad quotidianum usum complectuntur. Cicero priores intelligit. At ille nescio qui, § fortasse Argus fuit. QVAE DAM uolucres § in primis aquilæ. ISTI uero Deo, § Deum sumit, pro ueritatis defensore, facere, non trans Antiochum, quem Lucullus omnium plurimi fecit. QVID potest esse Sole maius? § Duo de uirginis partibus esse maiorem, quam terram, Ciceronis tempore mathematici tradiderunt. at nostri, nescio quos autores, aut quas rationes fecuti, maiorem tradunt octies esse terra.

## CICERO

**E**PICURVS autem posse putat etiam minorcm esse eum, quam uideatur, sed non multo: ne maiorem quidem multo putat esse; ne tantum esse, quantus uideatur: ut oculi aut nihil mentiantur, aut non multum mentiantur. ubi igitur illud est semel? sed ab hoc credulo, qui numquam sensus mentiri putat, discendimus, qui ne nunc quidem, cum ille sol, qui tanta incitazione fertur, ut celeritas eius quanta sit, ne cogitari quidem possit, tamen nobis flare uideatur. Sed, ut minua controvèrsiam; uide, quæsto, quam in parvulis sit. Quattuor sunt capita, quae concludunt nihil esse, quod nosci, percipi, comprehendendi possit: de quo haec tota quæstio est. e quibus primum est, esse aliquid uisum falsum; secundum, non posse id percipi: tertium, inter quæ uisa nihil interstit, fieri non posse, ut eorum alia percipi possint; alia non possint: quartum, nullum esse uisum uerum a sensu prosectum, cui non apositum sit uisum aliud, quod ab eo nihil interstit, quodq. percipi non possit. Horum quattuor capitum secundum, & tertium omnes concedunt, primum Epicurus non dat: nos, quibuscum res est, id quoque conceditis. omnis pugna de quarto est. Qui igitur P. Seruilius Geminus uidebat, si Quintus se uidere putabat, incidebat in eiusmodi uisum, quod percipi non posset; quia nulla nota uerum a falso distinguiebatur. quia distinctione sublata, quam haberet M. Cotta, qui bis cum Geminio consul fuit, agnoscendo eiusmodi notam, quæ falsa esse non posset? Negas tantam similitudinem in rerum natura esse. pugnas omnino, sed cum aduersario faciliter sit sane uideri certe potest: falleat igitur sensum: & si una sefelleri similitudo, dubia omnia reddiderit, sublato enim iudicio illo, quo operat agnoscit; etiam si ipse erit quem, uideris, qui tibi uidebitur, tamen non ea nota iudicabis, qua dicas oportere, ut non possit esse eiusdem modi falsa. quando igitur

poteſt tibi P. Geminus, Quintus uideri; quid habes ex plorati, cur non poſit tibi Cotta uideri, qui non ſit; quoniam aliquid uidetur eſſe, quod non eſt? Omnia dicis ſuī generis eſſe; nūbil eſſe idem, quod ſit aliud. Stoicum eſt quidem, nec admodum credibile, nullum eſſe pilum omnibus rebus tamē, qualis ſit pilus aitius, nullum granum. haec refelli poſſunt: ſed pugnare nolo: ad id enim, quod agitur, nūbil intereſt, omnibus ne partibus uifa res nihil diſferat, an internſci non poſſit, etiam ſi diſferat. ſed ſi hominum similitudo tanta eſſe non poſteſt, ne ſignorum quidem? Dic mibi, Lyſippus eodem aere, eadem temperatione, eodem caelo, aqua, ceteris omnibus, centum Alexandros eiusdem modi faceſſe non poſſit? quia igitur notione diſcerneres? Quid, ſi in eiusmodi cera centum ſigilla hoc anullo imprefſero, aequae poterit in agnoſcendo eſſe diſtinctio? an tibi erit quaerendus anularius aliquis? quoniam gal- linarium inueniſti Deliacum illum, qui oua cognofceret. ſed adhibes artem aduocatam etiam ſensibus. Pictor uideat, quae nos non uideamus: & ſimul inflauit ti bicen, a perito carmen agnoscitur. Quid hoc non ne ui- detur contra te ualere; ſi ſine magnis artificijs, ad quae pauci accedunt, noſtri quidem generis admodum, nec uidere, nec audire poſſumus? Iam illa praeclaræ, quanto artificio eſſet ſenſus noſtri, mentemq., & totam conſtruicionem hominis fabricata natura. Cur non ex timescam opinandi temeritatui? etiam ne hoc afſirmare potes, Lucille, eſſe aliquam uim, cum pruidentia, & confilio ſcilecit, quae fixerit, uel, ut uero uerbo utar, quae fabricata ſit hominem? qualis iſta fabrica eſt? ubi adhibita eſt? quando? cur? quo modo? traſlantur iſta ingenioſe, diſputantur etiam eleganter. denique, uideantur ſane, ne affirmentur mo- do.

## EXPLANATIO

**V**bi igitur illud semel? Reticentia: cum præ indignatione comprimimus, quod alias elocuturi fueramus, subaudiendum igitur. Vbi illud eſt semel ab iſtis de perspicuitate conclusum? qualiſ ſenſus

C 2 perfecti

perfecti sint. **S**ED ab hoc credulo, § Quid uoluptarius magister ageret? qui mortales cura nimium affici non uult. **C**VM ille Sol, § amplificat a maiori suum argumentum. **E**PICVRVS non dat: § non concedit Epicurus res usum fallere. sequeretur enim etiam uoluptatem nihil esse, si sensus falleret. **Q**VI igitur P. Seruiliū Geminū? Hinc incidit aliqua suspicio de Seruiliis, quorum mentionem supra fecit. Fuit autem P. Seruilius Geminus cum Cotta sub bellum Punicum primum consul. **L**YSIPPVS § nobilis statuarius, a quo se uoluit uno fingi rex Alexander, & ab Apelle pingi. **G**ALLINARIVM inuenisti Deliacum § Qui Deli gallinas curat. Delos autem insula est in Aegeo mari, Cycladum clarissima, propter Apollinis templum, & oracula ibidem quondam edita prima fertur mortalibus ignem ostendisse. Alio nomine Cynthia, frequentiore tamen Ortygia: coturnicum scilicet commendatione. Cicero Deliacum hominem inde trahit, noua quasi consuetudine: nam adiectuum ipsum habet ferme Delium apud auctores. **Q**VID hoc? § Inuersio: figura, cum utimur argumento pro nobis, quod contra nos est allatum. **Q**VAE fabricata sit hominem? § fabricor hic deponens est: actus tamen in hoc eodem libro ponitur fabricare uerba. **Q**UALIS ista fabrica § fabricandi scientia, uel ars.

## C I C E R O

**S**ED de physicis mox, & quidem ob eam caussam, ne deare mentitus, sed, ut ad ea, quae clariora sunt, uenias; res iam uniuersas profundam, de quibus holamina impletas sunt non a nostris solum, sed etiam a Chrysippo: de quo queri solent Stoici, dum studiose omnia conquiescerit contra sensus, & perspicuitatem, contraq. omnem consuetudinem, contraq. rationem, ipsum sibi respondenter inferiorem fuisse: itaque ab eo armatum esse Carneadem. ea sunt eiusmodi, quae a te diligenter tractata sunt. Dormientium, & uinolentorum, & furiosorum uisa imbecilliora esse dicebas, quam uigilantium, siccorum, sanorum. quo modo? quia, cum experrectus essem Ennius, non diceret, te uidi se Homerum, sed uisum esse: Alcmaeo autem, Sed mihi neutiquam cor consentit. similia de uinolentis. Quasi quisquam neget, & qui experrectus sit, cum non somniare; &, cuius furor confederit, putare non fuisse ea uera, quae essent sibi uisa in furore. sed non id agitur: tum, cum uideantur, quo modo uidentur, id quaeritur. nisi uero Ennius non putamus ita totum illud audiuisse, Pietas animi, (si modo id somniauit) ut si uigilans audiret. experrectus enim potuit illa uisa putare, ut erant, & somnia: dormienti uero aequae, ac uigilanti, probantur. Quid Ilionam illo? Mater te appello. non ne illa credit filium locutum, ut experrecta etiam crederet (unde enim illa?) Age adhuc mane: audi: iter adum eadem ista ecce mihi. non uidetur minorem habere uisus, quam uigilantes fidem? Quid loquar de insanis? qualis tandem fuit affinis tuus, Catule, Tuditianus? quisquam sanissimus tam certa

putat, quae uidet, quam is putabat, quae uidebantur? Quid ille, qui, Video, uideo te uium, Vlisses; dum licet? non ne etiam bis exclamauit se uidere, cum omnino non uideret? Quid apud Euripidem Hercules, cum, ut Erythrei filios, ita suos configebat sagittis? cum uxorem interimebat? cum conabatur etiam patrem? non perinde mouebatur falsis, ut heris moueretur? Quid ipse Alcmaeo tuus, qui negat cor sibi cum oculis consentire? non ne ibidem incitato furore? Vnde haec flamma moritur? & illa deinceps: Incende, incende: adfunt, adfunt: me, me expetunt. quid, cum virginis fidem implora? Fer mi auxilium: pessum abige a me: Flammifer am hanc uim: quae me excruciat, Ceruleae incinctae igni incendunt: Circumstant cum ardenti b' taedis, num dubitas, quin sibi haec uidere uideatur? itemq. cetera: Intendit crinitus Apollo Arcum auratum, Luna innixus. Diana faciem iacit a lacua, qui magis haec crederet, si essent, quam credebat, quia uidebantur? appareat enim iam cor cum oculis consentire. Omnia autem haec proferuntur, ut illud efficiatur, quo certius nihil potest esse, inter uisa uera, & falsa ad animi assensum nihil interesse. nos autem nihil agitis, cum falsa illa uel furiosorum, uel somniantium, recordatione ipsorum resellitis. non enim id quaeritur, qualis recordatio fieri solet eorum, qui experrecti sunt; aut eorum, qui surere desliterint; sed qualis uiso fuerit aut surerit, aut somniantium tum, cum commonebantur.

## EXPLANATIO

**C**HRYSIPPO § Asiatico, Stoicorum principe una cum Zenone. **Q**VASI quisquam neget, & qui experrectus sit, eum somniare; § Plane somniat, qui sincerum illud putat, Eum somniare. mihi non modo placet, uerum etiam necessarium uidetur, addi, Non: ut sit, Eum non somniare. probat antiquus liber. Haec Paullus pater. **N**isi uero Ennius § quod Lucullus ex Ennio probare uolebat Cicero, eludit ex eodem auctore. **P**IETAS animi, § Tragoedia ipsa deperit: & aliquem ex duabus tantum uerbis recte coniectari posse non existimo. **Q**VID Iliona? § Priami filia, Polymnestori Thraciae regi matrimonio iuncta. **M**ATER § Hecuba. **Q**VID loquatur de insanis? § Insanus, expositore Seruio, mente integrata.

gra



gra capitul. est, ut tamen queat aliquando resipere, & Furiosus furorem numquam amittit. Cicero etiam discrimen inter haec duo vocacula uidetur facere lib. IIII. Tuscul. Itaque non est, inquit, scriptum, si insanus, sed si furiosus esse incipit. QVI SQVAM sanissimus est, etiam comparatur contrarium. in Verrem, An quisquam insanior? pro Amerino, Ciuis insanissimus ait. Quid ille, est fortasse de Aiace Telamone intelligit. CVM ut Eurythei est Stheneli, Mycenarum regis filij. CAERVLEAE incinctae est caeruleas uidetur vocare furias. OMNIA autem haec est summa est praedictorum.

## C I C E R O

**S**ED abeo a sensibus: quid est, quod ratione percipi possit? Dialecticam inuentam esse dicitis, ueri, & falsi quasi disceptatricem, & indicem, cuius ueri, & falsi? & in qua re in geometriane, quid sit uerum, uel falso, dialecticus indicabit, an in litteris, an in musicis? at ea non nouit, in philosophia igitur sol quantus sit, quid ad illum? quod sit summum bonum, quid habet, ut queat indicare? quid igitur indicabit, quae coniunctio, quae disiunctio uera sit, quid ambigue dictum sit, quid sequatur quamque rem, quid repugnet? si haec, & horum similia indicat, de se ipsa indicat plus autem polliebatur. nam haec quidem indicare, ad ceteras res, quae sunt in philosophia multae, atque magnae, non est satis. sed, quoniam in ea arte tantum ponitis: idete, ne contra uos tota nata sit, quae primo progressu festine tradit elementa loquendi, & ambiguorum intelligentiam, concludingit rationem: tum, paucis additis, uenit ad soritas, lubricum sane, & pericolosum locum: quod tu modo dicebas esse uitiosum interrogandi genus. quid ergo, istius uity? num nostra cui pa est? rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut ulla in re statuere possimus quatenus. nec hoc in aceruo tritici solum, unde nomen est, sed ulla omnino in re minutatim interrogatis dines, pauper, clarus, obscurus sit; multa, pauca; magna, parua; longa, brevia; lata, angusta; quanto aut addito aut deducto, certum respondeamus, non habemus. At uitiosi sunt soritae. Frangite igitur eos, si potestis; ne molesti sint: erunt enim, nisi caueatis. Cautum est, inquit, pla-

cet enim Chrysippo, cum gradatim interrogetur, (uerbi causa, tria pauca sint, an ne multa?) aliquanto prius, quam ad multa perueniat, quiescere, id est, quod ab ijs dicitur, νονχαζεν. Per me uel steretas licet, inquit Carneades, non modo quiescas, sed, quid proficit? sequitur enim, qui te ex somno excitet, & eodem modo interroget: Quo in numero conticuisti; si ad eum numerum unum addidero, multa ne erunt? progrediare rursus, quoad uidebitur. quid plura? hoc enim fateris, neque ultimum te paucorum, neque primum multorum respondere posse. cuius generis error ita manat, ut non uideam, quo non possit accedere. Nihil me laedit, inquit. ego enim, ut agitator callidus, prius quam ad finem ueniam, equos sustinebo, eq. magis, si locus is, quo ferentur equi, praeceps erit. sic me, inquit, ante sustinebo, nec diutius captiose interroganti respondere. Si habes, quod liqueat, neque respondes: superbe, si non habes: ne tu quidem perspicis. si, quia obscura: concedo: sed negas te usque ad obscura progreedi: illistribus igitur rebus insistis. si id tantummodo, ut taceas: nihil assequeris. quid enim ad illum, qui captare uult, utrum tacentem irritat te, an loquentem? si autem usque ad nouem, uerbi gratia, sine dubitatione respondes, pauca esse, in decimo insistis: etiam a certis & illustroribus cohibus assensum; hoc idem me in obscuris facere non sinis. Nihil igitur te contra soritas ars ista adiuuat, quae nec augendi, nec minuendi, quid aut primum sit, aut postremum, docet.

## E X P L A N A T I O

**S**E b abeo a sensibus: est Disputatorum more diluit illud, quod dixerat Lucullus, si nihil certo percipi possit, oportere necessario rationis nullam uim esse. cum contraria sint, iudicium ex ratione, & iudicium ex opinione. DIALECTICVS indicabit, est qui alienas artes, & rationes non comprehendit, id nisi impudens faciet. QVAE coniunctio, quae disiunctio est partes, & officia Dialectici commemorat. QVOD in numero conticuisti; RECTIUS, Qno in numero. nec ab hac sententia discrepat uetus liber. Haec Paullus pater. VT agitator callidus, est sustineat currum, ut bonus saepe agitator equos. Lucil. Nomen ipsum uerbale ab agito, ponitur pro rectore currus, aut equorum. ad Atticum: Non est melius quidquam, quam ut Lucullus sustineat currum, equosq. ut bonus saepe agitator.

## C I C E R O

**Q**VID, quod eadem illa ars, quasi Penelope telam retexens, tollit ad extremum superiora? tunc ea uerba, an nostra culpa est? nempe fundatorem dialecticae est, quidquid enunciatur, id aut appellatur εἰσαγωγή: quod est quasi effatum? aut ueru esse, aut falso. quid igitur haec uera, an falsa sunt? si te metiri dicis, idq. ueru dicis: metiri ueru dicis, haec scilicet inexplicabilia esse dicis. quod est odiosius, quam illa, quae nos non comprehensa, & non percepta dicimus. Sed haec omitto: illud quaero: si ista explicari non possunt; nec eorum ullum iudicium inuenitur, ut respondere possint, uera ne, an falsa sint; ubi est illa definitio, effatum esse id, quod aut uerum, aut falso sit? Rebus sumptis adiungam, ex his sequendas esse alias, alias improbandas, quae sunt in genere contrario. quo modo igitur hoc conclusum esse iudicas? si dicas, nunc lucere, & uerum dicis: lucet. dicis autem lucere, & uerum dicis: lucet. probatis certe genus, & rectissime conclusum dicitis:

dicitis: itaque in docendo cum primum concludendi modum traditis. Aut quidquid igitur eodem modo concluditur, probabitis: aut ars ista nulla est. si uero ergo, hanc conclusionem probaturus ne sis. si dicas te mentiri, uerumq. dicas: mentiris. dicas autem te mentiri, uerumq. dicas: mentiris igitur, qui potes hanc non probare, cum probaueris eiusdem generis superiorem? Haec Chrysippa sunt, ne ab ipso quidem disoluta. quid enim faciat huic conclusioni? si lucet, lucet: lucet autem, lucet igitur cederet scilicet. ipsa enim ratio connectit, cu[m] concesseris superius, cogit inferius concedere. quid ergo haec ab illa conclusione differt? si mentiris, mentiris: mentiris autem, mentiris igitur, hoc negas te posse, nec approbare, nec improbare, qui igitur magis illud est, rars, si ratio, si uia, si uis denique conclusionis ualeat: eadem est in utroque. Sed hoc extreum coram est: postulant, ut excipiantur haec inexplicabilla. Tribunum aliquem, censeo, adcant: a me istam exceptionem numquam impetrabunt. etenim, cum ab Epicuro, qui totam dialecticam & contemnit, & irridet, non impetrant, ut uerum esse concedat, quod ita effabimur; aut uiuet ras Hermachus, aut non uiuet; cum dialectici sic statuant,

omne, quod ita disiunctum sit, quasi aut etiam, aut non, non modo uerum esse, sed etiam necessarium: uide, quam sit cautus is, quem isti tardum putant. si enim, inquit, alterutrum concessero necessarium esse: neceſſe erit, ras Hermachum aut uiuere, aut non uiuere: nulla autem est in natura rerum talis necessitas. cum hoc igitur dialectici pugnant, id est, Antiochus, & Stoici, totamen cu[m] eu[er]i dialectican, nam si e contrario disiunctio, (contraf[ac]ta autem ea dico, cum alterum ait, alterum negat.) si talis disiunctio falsa potest esse; nulla uera est, mecum uero quid habent lumen, qui ipsorum disciplinam sequor? Cum aliquid huiusmodi inciderat, sic ludere Carneades solebat: Si recte conclusit, teneo: si uiriose, minima Diogenes reddat. ab eo enim Stoico dialecticam didicerat: haec autem merces erat dialecticorum. Sequar igitur eas vias, quas didici ab Antiocho: nec reperio, quo modo iudicem, si lucet, lucet, uerum esse ob eam causam, quod ita didici, omne, quod ipsum ex se connexum sit, uerum esse; non iudicem, si mentiris, mentiris, eodem modo esse connexum, aut igitur hoc, & illud: aut, nisi hoc, ne illud quidem iudicabo.

## EXPLANATIO

**V**AS 1 Penelope telam retexens, & prouerbialis locutio: pro operam inanem sumere, & rarsum destruere quod effeceris. Natum ex Homero, qui Odiss. lib. 2. scribit Penelope Ulyssis uxorem, noctu retexisse, quod interdiu texisset. APPELLANT ζητοι: & sunt axiomata proposita, disciplinarum principia demonstrabilia. Si te mentiri dicas, & sophisma ludicum. Quid est odiosus, & magis enim turpe est, quod percipiias non intelligere, quam non intelligere, quod neque percipiias. Ipsi enim ratio connectit, & Connexum a Connectio uenit, quod uerbum est nota significationis. sed Dialeticis est effatum tale, quod necessario trahit posterius, ut si dies est, sol super terras est. TRIBVNVM aliquem, & Tribuni apud Romanos erant hac potestate praediti, ut ferentibus leges consulibus, possent excipere quaedam, quae mutari, uel sancti non deberent. Per iocum igitur dicit, adduci oportere tribum, si concedere debeat, ut, quae molesta Dialeticis essent, excipiantur, & opportuna permittantur. AVT uiuet ras Hermachus, aut non uiuet; & Axioma Stoicorum aduersus Epicurum. MINAM Diogenes reddat. & Mina singulariter, idem apud Graecos est, quod apud Latinos libra, & pondo. Haec centum drachmas continebat, hoc est centum denarios Romanos, id erat pretium pro doctrina in Dialeticis, quoda Stoico se reposcere uelle dicebat Carnades.

## CICERO

**S**ED, ut omnes istos aculeos, & totum tortuosum genus disputandi relinquamus, ostendamusq. qui simus; iam explicata tota Carneadis sententia, Antiochi ista corrueant uniuersa. nec uero quidquam ita dicam, ut quisquam id fingi sufficitur. a Clitomacho summa, qui usque ad senectutem cum Carneade fuit, homo & acutus, ut Poenus, & ualde studiosus, ac diligens. & quattuor eius libri sunt de sustinendis affectionibus: haec autem, quae iam dicam, sunt sumpta de primo. Duo placet esse Carneadi uisorum genera; in uno hanc divisionem; alia uisa esse, quae percipi possint, alia, quae non possint. in altero autem, alia uisa esse probabilita, alia non probabilita: itaque, quae contra sensus, contraq. perspicuitatem dicantur, ea perire ad superiorem divisionem: contra posteriorum nihil dici oportere: quare ita placere; ale uisum nullum esse, ut perceptio consequeretur; ut autem probatio, multa. etenim contra naturam esset, si probabile nihil esset. sequitur enim omnis uitiae ea, quam tu, Luculle, commemorabas, euerio. itaque & sensibus probanda multa sunt. teneatur modo illud, non inesse in his quidquam tale, quale non etiam falsum, nihil ab eo differens, esse posse. sic, quidquid acciderit specie probabile; si nihil se offeret, quod sit probabilitati illi contrarium, utetur eo sapiens; ac sic omnis ratio uitiae gubernabitur. etenim is quoque qui a uobis sapiens inducitur, multa sequitur probabilita, non cōprehensa, neque percepta, neque a sensu, sed similia ueri: quae nisi probet, omnis uita tollatur. Quid enim? concordens nanem sapiens num comprehensum animo habet, atque perceptum, se ex sententi nauigaturum? qui potest? sed si iam ex hoc loco proficiatur Puteolos stadia triginta, probo nauigio, bono gubernatore, bac tranquillitate: probabile uideatur, se illuc uenturum esse saluum. huiusmodi igitur uisis consilia capiet & agendi, & non agendi: facilitorq. crit, ut albam niuem esse probet, quam erat Anaxagoras, qui id non modo ita esse negabat, sed sibi, quia sciret aquam nigrum esse, unde illa concreta esset, albam ipsam esse ne uideri

ne uidetur quidem. Et quaecumque res eum sic attinget, ut sit uisum illud probabile, neque illa re impeditur; mouebitur. non enim est ex auro sculptus, aut ex robore dolatus: habet corpus: habet animum: mouetur mente: mouetur sensibus: ut ei multa uera uideantur. neque tamen habere insignem illam, & propriam percipiendi notam, eq. sapientem non assentiri, quia possit eiusdem modi ex filiere falsum aliquod, cuiusmodi hoc uerum, ne que nos contra sensus aliter dicimus, ac Stoici, qui multa falsa esse dicunt, longeq. altero se habere, ac sensibus uideantur. hoc autem si ita sit, ut unum modo sensibus falsum uideatur; praesto est, qui neget, rem ullam percipi posse sensibus. ita, nobis tacentibus, ex uno Epicuri capite, altero nostro, perceptio, & comprehensio tollitur. quod est caput Epicuri? si ullum sensibus uisum falso est; nihil percipi potest. quod uestrum? sunt falsa sensus uisa. quid sequitur? ut taceam, conclusio ipsa loquitur, nihil posse percipi. Non concedo, inquit, Epicuro. Cesta igitur cum illo, qui a te totus diuersus est; noli mecum, qui hoc quidem certe, falsi esse aliquid in sensibus, tibi assentior. quamquam nihil mihi tam mirum uidetur, quam ista dici ab Antiocho quidem maxime, cui erant, quae paulo ante dixi, notissima. licet enim haec quinvis arbitratu suo reprehendat, quod negemus rem ullam percipi posse: certe leuior reprehensio est, quod tamen dicimus esse quaedam probabilia. non uidetur hoc satis esse uobis. ne sit: illa certe debemus effugere, quae a te uel maxime agitata sunt: nihil igitur certis? nihil audis? nihil tibi est perspicuum? explicani paulo ante, Clitomacho auctore, quo modo ista Carnades diceret. accipe, quemadmodum ea dicantur a Cli-

tomacho in eo libro, quem ad C. Lucilium scripsit post, cum scripsisset iisdem de rebus ad L. Censorinum, eum, qui consul cum M. Manilio fuit. scripsit igitur his fere uerbis: sunt enim mibi nota, propterea quod earum ipsarum rerum, de quibus agimus, prima institutio, & quasi disciplina illo libro continetur. sed scriptum est ita; Academicis placere, esse rerum eiusmodi dissimilitudines, ut aliae probabiles uideantur, aliae contra: id autem non esse sat, cur alia percipi posse dicat, alia non posse; propterea quod multa probabilita sint, nihil autem falsi perceptum, & cognitum possit esse. itaque ait uebementer errare eos, qui dicant ab Academia sensus eripi, a quibus numquam dictum sit, aut colore, aut sapore, aut sonum nullum esse; illud sit disputatum, non inesse in his propriam, quae nusquam alibi esset, ueri, & certi notam. Quae cum exposuerit, adiungit; dupliciter dici, assensus sustinere sapientem; uno modo, cum hoc intelligatur, omnino eum rei nulli assentiri; altero, cum se a respondendo, ut aut approbet quid, aut improbet, sustineat: ut neque neget aliquid, neque aiat: id cum ita sit; alterum placere, ut numquam assentiat; alterum tenere, ut, sequens probabilitatem, ubicumque haec aut occurrat, aut deficiat, aut etiam, aut non, respondere possit. Hic, ut placeat eum, qui de omnibus rebus continet se ab assentiendo, moueri tamen, & agere aliquid, reliquit eiusmodi uisa, quibus ad actionem excitemur; item ea, quae interrogati in utramque partem respondere possimus, sequentes tantummodo quod ita uisum sit, dum sine aisen su. neque tamen omnia eiusmodi uisa approbat, sed ea, quae nulla re impeditur.

## EXPLANATIO.

**T**ORTUOSVM genus disputandi, § Tortuosum dicitur, quod est uarijs flexibus incuruatum, ut Tortuosus amnis, apud Liuum. Tortuosa ferula, pro Client. Hic intricatum, & informe genus disputandi, quod magis torqueat hominem, quam delectet, aut erudit. ACVTVS ut Toenüs, § fuit enim Clitomachus Carthaginensis patria; quem populum Romani per experientiam hoc titulo norarunt. Dyo placet esse § repetitio primae quaestione. VT autem probatio, § perceptio est alicuius rei notio ex certitudine: probatio uero cognitio ex specie tantum, aut signis. Multaq. longe aliter apparent, quam sunt. SEQVITVR enim omnis uitae § subtilius interpretatur Luculli sententiam. PROFICISCATVR Puteolos § Puteoli, ciuitas Campaniae, a Samijs condita, quis calidis abundans: ibi hominum gratia facta est puteorum copia, ex qua fortasse ciuitati nomen est inditum. AQVAM nigrum esse, § Poetarum quidam opinati sunt, aquam, si copiosior esset, atque profundior, apparere homini nigrum: sed philosopho isti ne quidem niuem albam uideri, ridet Cicero. E ROBORE dolatus: § Robur, proprie est quaedam arbor durissima: sed comparatiue, robur, animi, rerumq. omnium firmitudinem comprehendit. Ciceronem ligni speciem significare uoluuisse probat locus in diuinatione: Quis robur illud cecidit, dolauit, inscriptis? Dolare, est materiam inaequalem complanare instrumento: quod inde Dolabra dicitur. QVAE a Clitomacho § ualidum enim est argumentum, quod ex aduersarij testimonio duciur. Fuit Clitomachus ueterum Academicorum unus, familiaris Antiochi, & Philonis ex professio aduersarius. HIC, ut placeat § Recte, ut puto, & hic reposui. Hic, pro, Nec; & infra proxime, Approbat, pro Approbari. sic etiam antiquus liber. Haec Paullus pater. RELIQVIT § relinquit, legendum puto.

## CICERO

**H**AEC si uobis non probamus, sint falsa sane, inuidiosa certe non sunt. non enim lucem eripimus; sed ea, quae uos percipi, comprehendiq., eadem uos, si modo probabilia sint, uideri dicimus. Sic igitur inducto, & constituto probabili, & eo quidem expedito, soluto, libero, nulla re implicato, uides profecto, Luculle, iacere iam illud tuum perficitatis patricium. iisdem enim hic sapiens, de quo loquor, oculis, quibus

quibus iste uester, c. celum, terram, mare intuebitur: ijs-  
dem sensibus reliqua, quae sub quemque sensum cadunt,  
sint. mare illud quidem nunc, Favonio na-cente, pur-  
pureum uidetur: idem huic nostro nidebitur; nec tam  
assentietur; quia nobis met ipsi modo caeruleum uide-  
batur, mane flauum, quodq. nunc, quia a sole colluet,  
albescit, & uibrat, dissimileq. est proximo ei continen-  
ti: ut, etiam si possis rationem reddere, cur id eueniat,  
tamen non possis, id uerum esse, quod uidebatur oculis,  
descendere. Unde memoria, si nihil percipimus; ( sic  
enim quaerebas ) quod meminisse uisa, nisi compre-  
hensa, non possumus? Quid Polyaenus, qui magnus

mathematicus suisse dicitur? is postea quam, Epicuro  
assentiens, totam geometriam esse falsam credidit, num  
illa etiam, quae sciebat, oblitus est? atqui, falsum quod  
est, id percipi non potest, ut uobis met ipsi placet. si igi-  
tur memoria perceptarum, comprehensarumq. rerum  
est: omnia, quae quisque meminit, habet ea comprehen-  
sa, atque percepta. falsi autem comprehendendi nihil po-  
test: & omnia meminit Scyron Epicuri dogmata: uera  
igitur illa sunt nunc omnia. Hoc per me licet: sed tibi aut  
concedendum est ita esse; quod minime uis; aut memo-  
riam mihi remittas, oportet; & facile esse ei locum,  
etiam si comprehensio, perceptio. nulla sit.

### EXPLANATIO

**S**I VOBIS non probamus, § summa sententiae conclusio. cogitat nihil amplius proferre, si nihil ha-  
ctenus probatum sit. MARE illud quidem nunc, § a praefenti documento. FAVONIO § occiden-  
tali uento omnium temperauissimo, Graece Zephyrus dicitur. oritur ad uesperum, quo tempore muta-  
ri uideatur maris color, ut mane, ut item meridie: cum tamen non mutetur. Aut memoriam mihi remit-  
tas, oportet, & facile esse ei locum, § Vérbum, Esse, non video, quo spectet. quo sequor libentius antiquū  
librum, in quo est. Et facias esse ei locum. sic lib. 1 v. de Fin. Argumenta ratione conclusi, caput esse faciūt  
ea, quae perspicua dicunt. Haec Paullus pater. Vide Scholia mea in Sallusti Iugurtham.

### CICERO

**Q**VID fiet artibus? quibus? ijs ne, quae ipsae  
sunt, quae tantum id, quod uidetur, sequuntur, nec ha-  
bent istam artem uestram, qua uera, & falsa dijudi-  
cent? Sed illa sunt lumina duo, quae maxime causam  
istam continent, primum enim negatis fieri posse, ut quis-  
quam nulli rei assentiat. at id quidem perspicuum  
est; cum Panaetius, princeps prope, meo quidem iudi-  
cio, Stoicorum, ea de re dubitare se dicat, quam omnes,  
practer eum, Stoici certissimam putant, uera esse har-  
spicum auspicia, oracula, somnia, uaticinationes; seq. ab  
absensiis sustineat, quod is potest facere, ut de ijs rebus,  
quas illi, a quibus ipse didicit, certas habuerint; cur id  
sapiens de reliquis rebus facere non posset? an est ali-  
quid, quod positum uel improbare, uel approbare possit,  
dubitari non possit? an tu in soritis poteris hoc, cum  
uoles; ille in reliquis rebus non poterit eodem modo in-  
sistere, praesertim cum possit sine absensione ipsam ue-  
risimilitudinem non impeditam sequi? Alterum est,  
quod negatis actionem in ullius rei posse in eo esse, qui nul-  
lam rem absensiis suo comprobet. Primum enim uide-  
ri oportet, in quo sit etiam absensus. dicunt enim Stoic-i,  
sensus ipsos absensus esse: quos quoniā appetitio  
consequatur, actionem sequi: tolli autem omnia, si uisa  
tollantur: hac de re in utramque partem & dicta sunt,  
& scripta multa. uide superiora, sed breui res potest to-  
ta confici. Ego enim, esti maximam actionem puto, repu-  
gnare uisus, obseruare opinionibus, absensus lubricos susci-  
nere; credoq. Clitomacho ita scribenti, Herculis quen-  
dam laborem exantlatum a Carneade, quod, ut feram,  
& immanem belluam, sic ex animis nostris absensione,  
id est opinionem, & temeritatem extraxisset: tamen,  
ut ea pars defensionis relinquatur, quid impedit actionem  
eius, qui probabilia sequitur, nulla re impediens? Hoc,  
inquit, ipsum impedit, quod statuet, ne id quidem,  
quod probet, posse percipi. Nam istuc te quoque impe-  
dit in nauigando, in conserendo, in uxore ducenda, in

liberis procreandis, plurimisq. in rebus, in quibus nihil  
sequere, praeter probabile. & tamen illud usitatum,  
& saepe repudiatum, refers, non ut Antipater, sed, ut  
ais, pressus: nam Antipatrum reprehensem, quod di-  
ceret, consentaneum esse ei, qui affirmaret nihil posse  
comprehendi, id ipsum saltem, dicere, posse comprehen-  
di. quod ipsi Antiochus pingue uidebatur, & sibi con-  
trarium. non enim potest conuenienter dici, nihil com-  
prehendi posse, si id ipsum comprehendi posse dicatur.  
illo modo potius putat urgendum suisse Carneadem:  
cum sapientis nullum decretum esse possit, nisi compre-  
hensem, perceptum, cognitum; ut hoc ipsum decre-  
tum, quod sapientis esset, nihil posse percipi, fatere-  
tur esse perceptum. proinde quasi sapiens nullum a-  
liud decretum habeat, & sine decretis uitam agere non  
possit. sed, ut illa habet probabilita, non percepta: sic  
hoc ipsum, nihil posse percipi. nam si in hoc habere  
cognitionis notā, eadem uiteretur in ceteris. quam quo-  
niā non habet, uituit probabilitib: itaque non metuit,  
ne confundere omnia uideatur, & incerta reddere. non  
enim, quemadmodum, si quacsumus ex eo sit, stellarum  
numerus par, an impar sit; item, si de officio, multisq.  
alijs de rebus, in quibus uersatus exercitatusq. sit, ne-  
cire se dicat. in incertis enim nihil est probabile: in qui-  
bus autem est, in his non debet sapienti, neque quid fa-  
ciat, neque quid respondeat. Ne illam quidem praeter-  
missili, Luculle, reprehensionem Antiochi: ( nec mi-  
rum: in primis enim est nobilis ) qua solebat dicere An-  
tiochus Philonem maxime perturbatum: Cum enim  
sumeretur unum, esse quaedam falsa uisa; alterum, ni-  
hil ea differre a ueris: non attendere, superius illud ea  
re a se esse concessum, quod uideretur esse quaedam in  
uisis differentia: eam tolli altero, quo neget uisa a falsis  
uera differre: nihil tam repugnare. Id ita est, si nos ue-  
rum omnino tolleremus, non facimus. nam tam uera,  
quam falsa cernimus. sed probandi species est: percipi-  
endi signum nullum habemus.

### EXPL A-



## EXPLANATIO

**V**IDE superiora. Hoc inducendum, ut glossema, crediderim. patet, opinor, omnibus. Haec Paullus pater. HERCVLIS quandam laborem exantatum cōparatione, difficultatē facti ostendit. Exantatum, perperulum, exactū, confectū. Ne illam quidem dicitur per capita sermonis Luculli, nūc diluens, rursus asserens, quoad satis esse dictum putabit.

## CICERO

**A**c mihi videor nimis etiam nunc agere ieiune. **C**um sit enim campus, in quo possit exultare oratio; cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta compellimus? si enim mihi cum Peripatetico res esset, qui id percipi posse diceret, quod impressum eset e uero; neque adhiberet illam magnam accessionem, quo modo imprimi non posset a falso: cum simplici bo mine simpliciter agere, nec magnopere contendrem: atq. etiam si, cum nihil dicerem posse comprehendi, diceret ille sapientem interdum opinari; non repugnare, praesertim ne Carneade quidem huic loco ualeat repugnare: nunc quid facere possum? quaero enim quid sit, quod comprehendendi possit. respondet mihi non Aristoteles, aut Theophrastus, ne Xenocrates quidem. aut Polemo, sed nihilo minor: quod est tale uerū, quale falso esse non possit. Nihil eiusmodi innenio. itaque in cognitione nimis umquam assentiar, id est opinabor, hoc mihi & Peripatetici, & uetus Academia concedit, nos negatis. Antiochus in primis: qui me ualde mouet; uel quod amauit hominem, sicut ille me; uel quod ita iudico, politissimum; & acutissimum omnium no-

strae memoriae philosophorum. a quo primum quaeritur, quo tandem modo sit eius Academiae, cuius se esse profiteatur? ut omittam alia; haec duo, de quibus agitur, quis umquam dixit aut ueteris Academiae, aut Peripateticorum; uel id solum percipi posse, quod esset uerum tale, quale falso esse non posset; uel sapientem nihil opinari? certe nemo horū neutrū ante Zenonem magnopere defensum est. ego tamen utrumque uerū putio: nec dico temporis causā: sed ita plane probo. illud ferre non possum. Tu cum me incognito assentiri uetus; idq. turpissimum esse dicas, & plenissimum temeritatis; tātum tibi arroges, ut exponas disciplinam sapientiae, naturam rerum omnium euoluas, mores fingas, fines bonorum malorumq. consiliuas, officia describas; quam utam ingrediar, definias; idemq. etiam disputandi, & intelligendi iudicium dicas te, & artificium traditum; perficies, ut ego, si la innumerabilia complectens, nusquam labar? nihil opiner? quae tandem ea est disciplina, ad quam me deducas, si ab hac absraseris? ucreor, ne subarroganter facias, si dixeris, tuam. atqui, ita dicas, neceſſe est. neq. uero tu solus, sed me ad suā quisq. rapier.

## EXPLANATIO

**I**N Stoicorum dumeta & per figuram, tractationes Stoicorum incultas, intellige: quae molestiam exhibent studiosis sapientiae uiris. Est enim Dumenum plantarum spinosarum refertus locus, ut plurimum incultus. ILLUD ferre non possum. Epilogus orationis, in quo reddit rationem, cur suscipere, uel potius cur susceptam pridem cauſam tueri debeat. & ciuiliter Lucullum recriminatur.

## CICERO

**A**GE, restitero Peripateticis, qui sibi cum oratoriis cognitionem esse, qui claros uiros, a se instruatos, dicant remp. saepe rexisse: sūlinnero Epicureos, tot meos familiares, tam bonos, tam inter se amantes uiros: Diodoto quid faciam Stoico? quem a pero audiui, qui mecum uiuit, tot annos, qui habitat apud me, quem & admiror, & diligo, qui ista Antiochia contemuit. Nostra, inquies, sola uera sunt. certe sola, si uera: plura enim uera discrepantia esse non possunt. utrum igitur nos impudentes, qui labi nolumus; an illi arrogantes, qui sibi persuaserint scire se solos omnia? Non me quidem, inquit, sed sapientem dico scire. Optime: nempe ista scire, quae sunt in tua disciplina. hoc primum. quale est, a non sapiente explicari sapientiam? sed discedamus a nobismet ipsis: de sapiente loquamur: de

quo, ut saepe iam dixi, omnis haec quaestio est. In tres igitur partes & a plerisq. & uobismet ipsis distributa sapientia est. primo ergo, si placet, quae de natura rerū sint quaesita, uideamus: uelut illud ante . est ne quisquam tanto inflatus errore, ut sibi se illa scire persuaserit? non quaero rationes eas, quae ex coniectura pendent; quae disputationibus hic, & illuc trahuntur, nullā adhibent persuadendi necessitatem. geometrae prouideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere; & qui omnia uobis, quae describunt, probant. non quaero ex his illa initia mathematicorū, quibus non concessis, digitum progredi non possunt: punctum esse, quod magnitudinem nullam habeat; extremitatem, & quasi libramentum, in quo nulla omnia crassitudo sit; linamentum si ne ulla latitudine carentem.

## EXPLANATIO

**P**RIMVM ergo, & Dicit in tres partes distributam esse sapientiam, scilicet in physicam, ethicam, & politicam. De prima quaedam incipit, atque hinc libri praefantissima pars agetur. Est ne quisquam & Negat ullum hominem e philosophis esse, qui non modo certo, sed ne quidem omnia sciat. PVNCTVM esse, & Punctus, & Punctum dicitur. QVASI libramentum, & Attemperat: quia libramentum alias aquamēnum, est rei materialis. Aquarum libramentum legitur apud Plinium. LINIMENTUM sine ulla latitudine carentem. Apparet, subesse mendum. Maffei liber, Lineamentum, cete-

ra ut in impressis. mihi sic placeret. Lineam autem sine ulla latitudine curreotem. punctum enim, & linea, mathematicorum initia sunt. Haec Paullus pater.

## C I C E R O

**H**AEC cum uera esse concessero: si adigam insurandum, sapientem ne prius, quam Archimedes, eo inspectante, rationes omnes descripsit eas, quibus efficitur, multis partibus solem maiorem esse, quam terram, iuraturum putas? si secerit; solem ipsum, quem deum censet esse, contempserit. quod si geometricis rationibus non est crediturus, quae uim afferunt in docendo, nos ipsi ut dicitis: nae ille longe aberit, ut argumentis credat philosophorum; aut, si est crediturus, quorum potissimum omnia physicorum licet explicare: sed longum est: quaero tamen, quem sequatur. finge aliquem nunc fieri sapientem, non dum esse: qua potissimum sententia melius eliget disciplinam? et si, quamcumque eliget, insipiens eliget. sed sit ingenio diuino: quem unum e physicis potissimum probabit? nec enim plus uno poterit, non persequor quaestiones infinitas: tantum de principijs rerum, e quibus omnia constant, uideamus quem probet. est enim inter magnos homines summa diffusio. Princeps Thales, unus e septem, cui sex re-

liquos confessisse primos ferrunt, ex aqua dixit constare omnia. at hoc Anaximandro, populari, & sodali suo, non persuasit. is enim infinitatem naturae dixit esse, & qua omnia gignerentur. post eius auditor Anaximenes infinitum aera, sed ea, quae ex eo orirentur, definita; igni autem terram, aquam, ignem, tum ex his omnia. Anaxagoras, materiam infinitam, sed eas particulas similes inter se minutus; eas primum confusas, posita in ordinem adductas mente diuina. Xenophanes, paullo etiam antiquior, unum esse omnia, neque id esse mutabile, & id esse deum, neque natum umquam, & sempiternum, conglobata figura. Parmenides, ignem, qui moueat terram, quae ab eo formetur. Leucippus, plenum, & inane. Democritus huic in hoc similis, uberior in ceteris. Empedocles, haec peruulgata, & nota quatuor. Heraclitus, ignem. Melissus, hoc, quod esset infinitum, & immutabile, & fuisse semper, & fore. Plato ex materia inse omnia recipiente mundum esse factum censet a deo sempiternum.

## E X P L A N A T I O

**A**DICIAM insurandum, Adigere iusurandum, potius dicitur, quam Adiçere: ut apud Caesarem lib. v. 11. Omnidem ad iusurandum adactis. Sine praepositione autem ea ratione dicebatur, quonodo Adigere arbitrum; pro, adigere ad arbitrum. qua figura Cicero usus est lib. 111, de off. & in oratione pro Q. Roscio. Reposi igitur Adigam. Atque huius generis uitium ita video manasse, ut ad multos praeterea uterum libros accesserit. Haec Paullus pater. PRIVS, quam Archimedes, & Syracusanus, nobilis geometra, qui tormentis militaribus ex art: excogitatis Marcellum Punico bello secundo, ne Syracusas caperet, diu detinuit. Hic, descriptionibus quibusdam, probare uoluit, solem esse multo maiorem, imo multis partibus ipsa terra, sed Cicero, Putas, inquit, iuraturum id sapientem? Quasi diceret, Certa haec non sunt. VIM afferunt & uiolentiam scilicet ad concessionem. Nec enim plus uno poterit. & septem ferme citantur sapientes, Thales Milesius, Pittacus Mitylenaeus, Solon Athenaeus, Chilo Lacedaemonius, Periander Corinthius, Cleobolus Lyndius, Bias Prienaeus. Dicunt tunc sapientes, quod nullus ex his se putarit sapere. VNI tantum Thaleti quasi sapientissimo consenserunt reliqui. CONSENSISSE PRIMOS: Fortasse, Concessisse primos. Nā Laertius auctor est, cū Delphicus Apollo Milesius respondisset, cū tripodem, quem piscatores iactu retis inuenissent, eius esse debere, qui ceteris sapientia excelleret. Thaleri esse datum. ex quo apparet, sex reliquos ei primas concessisse. Haec Paullus pater. EX AQUA dixit constare & Dogmatum Thaletis hoc celebre: Aquam esse matrem elementorum mundi. AT HOC Anaximandro, & Milesio. ANAXIMENES, & Milesius & ipse ANAXAGORAS, & Clazomenius, Anaximenes auditor familiaris. XENOPHANES, & Colophonius. Vixit sub Hesiodi tempora VNUM eße omnia, & sed quid illud Vnum? perinde dicit, ac nihil, cū nihil exprimit. PARMENTIDES, Eleas LEUCIPPVS, & Milesius. DEMOCRITVS, item Milesius, cui placuit in numerabiles mūdos esse. EMEDOCLES, & Agragantinus Terram, Aquam, Aerem, Ignem omnia cōficere dicit. HERACLITVS, & Ephesius. MELISSVS, & Samius. PLATO, & Atheniensis: Dicit factum a Deo mundum & ex materia, quae potuerit singi, & potuerit recipere formam hanc, uel aliam disponente Deo. Materialiam autem hanc nos nihil dicimus, aut nihil dicimus, manente tamen quodam obiecto.

## C I C E R O

**P**YTHAGOREI ex numeris, & mathematicorum initis proficiunt uolunt omnia. Ex his eliget uester sapiens unum aliquem, credo, quem sequatur. ceteri, tot uiri, & tanti, repudiati ab eo, condemnatiq. discedent. quamcumque uero sententiam probauerit, eam sic animo comprehensam habebit, ut ea, quae sensibus: nec magis approbabit, nunc lucere, quam, quoniam Stoicus, hunc mundum esse sapientem, habere mentem, quae esse, & ipsam fabricata sit, & omnia modereatur, moeat, regat. Erit persuasum etiam, solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse; quod quaedam animalis intelligentia per omnia ea permeat, & trans ea: fore tam aliquando, ut omnis hic mundus ardore deslagret:

Sunt ista uera: (uides enim, iam me sateri, aliquid esse ueri) cōprehendi ea tamen, & percipi nego. cū enim tuus iste Stoicus sapiens syllabatione ista didicerit, ueniet fluere orationis aureum fundē Aristoteles, qui illū despere dicat: neq. enim ortum umquam mundum quod nulla fuerit, nouo consilio inito, tam praeclaris operis incepit; & ita cū eße undiq. apī, ut nulla uis tantos queat motus mutationēq. moliri, nulla senectus diuturnitate tēporū existere, ut hic ornatus umquam dilapsus occidat. Tibi hoc repudiare, illud autē superius, sicut caput & famam, defendere necesse erit: mibi ne ut dubitem quidē relinquetur? Vt emittam levitatem temere assentientem; quanti libertas ista aestimanda est, non mibi necesse



esse esse, quod tibi est? cur deus, omnia nostri causa? superarumque faceris? cur mortifera tam multa per eum faceret, (sic enim uultis) tantum uim naticum, nictosa terra, mariq. disperserit?

## EXPLANATIO

**P**YTHAGORET ex numeris, De rerum naturis, ex Mathematicis philosophatus est Pythagoras, & qui eius doctrinis maxime floruerunt, scilicet Archita Tarentinus, Alemacon Crotoniates, Hippasius Metapontinus, & Philolaus crotoniata. Vocantur autem Mathematicae artes Arithmetica, Geometria, & Astrologia. HABERE mentem, Stoici, MENTEM, quam etiam appellant rem rerum, ex seipso ortam dicunt, & fabricatam esse mundum, omnia moderari, solem, stellas, terram pertransire, quo mons aequaliter, coq. Deum illam, istaque cuncta simul dici. SYLLABATIM ista didicrit; & Dixerit A. l. app. quasi enim respondent, Stoicum syllabatim dicere, Aristotelem flumen orationis fundere. NEQUE enim orum occurrit auctoritate Aristotelis, qui, quantum externa ratione consequi potuit, de mundo differuit. Torquetur tamen circa quandam intellectum, quem supra res omnes extrinsecus remanere dicit, TANTUM uim naticum, Natrix utroque genere, serpentis est genus in aqua nando spargens uenenum. Hinc Lucanus inquit, Ex natrix violator aquae. Est & Natrix apud Plinium herba, quae uirus hirci in radice & uulsa redolent, lib. xxvii. cap. xii.

## CICERO

**N**Egatis haec tam polite, tamq. subtiliter effici posuisse sine diuina aliqua sollertia, cuius quidem nos maiestatem deducitis usque ad apium, formicarum que perfectionem: ut etiam inter deos Myrmecides alii quis, minitorum opusculorum fabricator, siue uideatur. Negas sine deo posse quidquam. Ecce tibi e transuerso Lampacenus Strato, qui det isti deo immunitatem, magni quidem muneris: sed, cum sacerdotes deorum uacationem habeant; quanto est aequius habere ipsos deos? Negat opera deorum se uti ad fabricandum mundum: quaecumque sint, docet omnia esse effecta natura, nec ut ille, qui asperis, & leuibus, & hamatis, uncinatisq. corpusculis concreta haec esse dicat, interiecto inani. Somnia censem haec esse Democriti, non docentis, sed optantis. ipse autem, singulas mundi partes persequens, quidquid aut sit, aut fiat, naturalibus fieri, aut factum esse docet ponderibus, & motibus. sic ille & deum operae magno liberat, & me timore, quis enim potest, cum existimat a deo se curari, non & dies, & noctes diuinum numen horrere, & si quid aduersi acciderit, (quod cui non accedit?) extimescere, ne id iure euenerit? Nec Stratoni tamen assentior: neque uero tibi modo hoc, modo illud probabilius uidetur. latent ista omnia, Luculle, crassis occulta, & circumfusa tenebris; ut nulla acies humani ingenij tanta sit, quae penetrare in caelum, terram intrare possit. corpora nostra non nouimus: qui sunt situs partium, quae uim quae pars habeat, ignoramus. itaque medici ipsi, quorū intererat ea nosse, aperuerunt, ut ea uiderent. nec eo tamen aiunt empiricis notiora esse illa, quia possit fieri, ut patefacta, & detecta mutentur, sed ecquid nos eo

dem modo rerū naturas prescribere, aperire, dividere possamus, ut uideamus, terrane penitus defixa sit, & quasi radicibus suis haereat, an media pendeat? Habitari aut Xenophanes in luna, eamq. esse terram multarum urbium, & montium, portenta uidentur. sed tamen ne que ille, qui dixit, iurare posset, ita se rem habere; neq. ego. Non ne etiam dicitis, esse e regione nobis, e contraria parte terrae, qui aduersis uestigis stent contra nostra uestigia, quos Antipodas vocatis? cur mibi magis succensetis, qui ista non aspernor, quam eis, qui, cū audiunt, despere nos arbitrantur? Nicetas Syracusius, ut ait Theophrastus, caelum, solem, lunam, stellas, supera deniq. omniaflare censem, neque praeter terrā, rem illam in mundo moueri: quae cum circū axem se summa celeritate conuertat, & torqueat, eadem effici omnia, quae si stante terra caelum moueretur. atque hoc etiam Platonem in Timaeo dicere quidam arbitratur, sed paullo obscurius. Quid tu, Epicure? loquere. putas solem esse tantulum? ego ne nobis quidem tantum. sed & nos ab illo irridemini: & ipsi illū nicissim eluditis, liber igitur a tali irrisione Socrates, liber Ariosto Chius, qui nihil istorum sciiri putat posse. Sed redeo ad animū, & corpus. Satis ne tandem ea nota sunt nobis, quae nostrorum natura sit, quae uenarum? tenemas ne, quid animus sit? ubi sit? denique, sit ne, aut, ut Dicaearcho uisum est, ne sit quidem ullus? sit est; tres ne partes habeat, ut Platonii placuit, rationis, irae, cupiditatis, an simplex, unusq. sit? si simplex; utrum sit ignis, an anima, an sanguis? an, ut Xenocrates, mens nullo corpore? quod, intelligi, quale sit, uix potest: & quidquid est, mortale sit, an aeternum? nam utraque in parte multa dicuntur.

## EXPLANATIO

**V**T etiam inter deos Myrmecides aliquis, Fictitium est ex formicarum uocabulo, quasi formicatus, quo ludit ab artifice minuto, ad praesentē caussam. LAMPACENVS Strato, Philadelphi magister, & Theophrasti successor. QVI det isti deo immunitatem, Auтор est Diuus Augustinus, Stratonem Peripateticum fecisse Deum sine animo: quemadmodum Plato Deum sine corpore. SED, cum sacerdotes deorum Arguit a minore. OMNIA esse effecta natura, quae tandem illa natura? stultum est id ponere quod ignorares, & nominare quod nescias. HAMATIS, uncinatisque? quia res unco incuruae coherent facilius. QVI s. enim potest, nobis haec, qui Christiani sumus, animo perpendenda: cum & ethnici non spreuerint: nullum scilicet hominem caelestia cogitationibus penetrare posse. EMPIRICI s. notiora? experientia utentibus, NICETAS Syracusius, Hicetas, legendum putat Octauianus Ferarius, singularis & doctrinae, & probitatis homo, ex Diogene in Philolai Crotoniensis uita, qui ait, Hicetam Syracusium primum sensisse, terram in orbem circumferri. Plutarchus quoq. li. III. *περὶ τοῦ*

ἀριστερών τοῖς φίλοσοφοῖς, οὐχέτην, nominat; sed mendose, priore nominis syllaba, per errorem librarij, mendose scripta. Eusebius lib. xv. Εγγελίας αποταρασσεῖς, Plutarchi locum sere totū mutuans, Igitur dicit. qui est emendandus. Potest autem dici & Hicetas, quo modo apud Diogenem; &, Hicetas, quo modo apud Plutarchum. ex Doricae linguae usu.

## C I C E R O

**H**ORVM aliquid uestro sapienti certum uidetur: commenticijs rebus assensus. nihil sentire, est melius, nostro, ne quid maxime quidem probabile sit, occurrit: ita sunt in plerisque contrariarum rationum paria momenta. si agis uerecundius, & me accusas, non quam tam prava sentire. Non ergo id agitur, ut aliquid quod tuis rationibus non assentiar, sed quod nullis: nunc diuinationem, quam probatis, ullam esse arbitror; faciem? Democritum. semper enim, ut scitis, studiosus nobilitatis fui. urgebor iam omnium uestrum coniicio. Tu ne aut inane quidquam putas esse, cum ita completa, & commentio existimat. atque haud scio, an ita sit. Sed, cur ratiōnē conserta sint omnia, ut &, quod mouebitur corporum, cedat, & qua quidque cesserit, aliud illico subsequatur; aut atomos ullas, e quibus quidquid efficiatur, illarum sit dissimilimum? aut sine aliqua mente rem ullam effici posse praeclaram? &, cum in uno mundo ornatus ita sit mirabilis; innumerabiles, supra, infra, de- itaque cogimur, diffensione sapientum, dominum nostrum ignorare; quippe qui nesciamus, soli, an aetheri sernia mus. Solis autem magnitudo (ipse enim hic radiatus me intueri uidetur) admonet, ut crebro faciam mentionem sui. Vos uero huius magnitudinem, quasi decempeda, binc enim me, quasi malis architectis, mensurae uestraegnego hoc, permensi, refertis. ergo credere dubium est, uter nostrum sit, leuiter ut dicam, uerecundior?

## EXPLANATIO

**H**IC radiatus & radijs ornatus: participium Radio. Radiata rota apud Varro legitur, apud Pliniū, Herbae capitulum, stellae modo radiatum. Vos uero huius magnitudinem &c. & confusus locus, & corruptus: qui, ordine uerborum mutato, & leui correctione adhibita, restituī fortasse posset: quo ex ordine, & correctione locus recitetur: ut studiosi saltē hanc mihi gratiam habeant, quod, quidquid senserim, libere dixerim. Legerem igitur sic. Vos uero huius magnitudinem, quasi decempeda per mensis, refertis. Hic ego me, quasi malis architectis, mensurae uerba nego credere. dubium est, uter nostrum sit, leuiter ut dicam, uerecundior? Hanc conjecturam etiū ualde probem, tamen meum illud teneo, ut sine scriptis libris nihil affirmem. Haec Paullus pater.

## C I C E R O

**N**E Q Y E tamen istas quaestiones physicorum extermiandas puto. est enim animorum, ingeniorumq. naturale quoddam quasi. pubulum consideratio, contemplatioq. naturae. erigimur: elatiōres fieri uideamus: humana despiciimus; cogitantesq. supra, atque caelestia, haec nostra, ut exigua, & minima, contēminimus: indagatio ipsa rerum tum maximarum, tum etiam occultissimarum, habet oblationem. si uero aliquid occurret, quod uerisimile uideatur humanissima completur animus uoluptate. Quaeret igitur haec & uester sapiens, & hic nosler; sed uester, ut assentiat, credat, affirmet; nosler, ut uereatur temere opinari; praeclaręq. agi secum putet, si in eiusmodi rebus, uerisimile quod sit, inuenierit. Veniamus nunc ad bonorum, malorumq. notionem. sed paullulum ante dicendum est. Non mihi uidentur considerare, cum physica ista ualde affirmant, earum etiam rerum auctoritatem, si quae il- luſtriores uideantur, amittere, non enim magis assentiuntur, neque approbant, lucere nunc, quam, cum cor nix cecinerit, tum aliquid eam aut iubere, aut uetare; nec magis affirmabunt signum illud, si erunt mensi, sex pedum esse, quam solem, quem metiri non possunt, plus quam duo de uiginti partibus maiorem esse, quam terram. ex quo illa conclusio nascitur: si, sol quantus sit, percipi non potest: qui ceteras res eodem modo, quo magnitudinem solis, approbat, is eas res non percipit: magnitudo autem solis percipi non potest: qui igitur id approbat, quasi percipiat; nullam rem percipit. Responderint posse percipi, quantus sol sit: non repugnabo, dummodo eodem pacto cetera percipi, comprehendiq. dieant. nec enim pos sunt dicere, aliud: alio magis, minus ue, comprehendendi: quoniam omnium rerum una est definitio comprehendendi. Sed, quod cooperam, quid habemus in



in rebus bonis, & malis explorati? nempe fines consti-  
tuendi sunt, ad quos & bonorum, & malorum summa re-  
feratur, qua de re est ligitur inter summos viros maior  
dissensio? & omitto illa, quae relicta iam uidetur,  
& Herillum, qui in cognitione, & scientia summum bo-  
num ponit, qui cum Zenonis auditor eset; uides, quan-  
tum ab eo dissenserit, & quam non multum a Platone  
Megarici: quorum suis nobis disciplina: cuius, ut scri-  
ptum video, princeps Xenophanes, quem modo nomina-  
ui: deinde eum secuti Parmenides, & Zeno: itaque  
ab his Eleatici philosophi nominabantur: post Eucli-  
des, Socratis discipulus, Megareus: a quo idem illi. Me-  
garici dicti: qui id bonum solum esse dicebant, quod es-  
set unum, & simile, & idem, & semper. hi quoq. mul-  
ta a Platone, a Menedemo autem, quod is Eretrias fuit,  
Eretriaci appellati: quorum omne bonum in mente po-  
situm, & mentis acie, qua uerum cerneretur. illis simi-  
lia, sed, opinor, explicata uberior, & ornatius. hos si con-  
temnimus, atque abiectos putamus; illos certe minus  
desicere debemus, Aristonem; qui cum Zenonis suis  
fuerit auditor, re probauit illa, quae ille uerbis, nihil esse  
bonum, nisi uirtutem; neque malum, nisi quod uirtuti  
eset contrarium: in medijs ea momenta, quae Zeno uo-  
luit, nulla esse censuit. huic summum bonum est, in  
his rebus neutrā in partem moueri: quae ad iusta pia  
ab ipso dicitur. Pyrrho autem, ea ne sentire quidem sa-  
pientem, quae a dea nominatur. Has igitur tot senten-  
tias omittamus: haec uideamus, quae nunc diu, &  
multumq. defensa sunt. Alij uoluptatem finē esse uolue-  
runt, quorum princeps Arisippus, qui Socratem au-  
diērat; unde Cyrenaici: post Epicurus, cuius est dis-  
ciplina nunc notior, neque tamen cum Cyrenaicis de ipsa  
uoluptate consentiens. Voluptatem autem, & honesta-

tem fines esse, Callipho censuit: uacare omni molestia.  
Hieronymus: hoc idem cum honestate, Diodorus. am-  
bo hi Peripatetici. Honeste autem uiuere, fruentem re-  
bus ijs, quas primas homini natura conciliat, & ue-  
tus Academia censuit, ut iudicant scripta Polemonis,  
quem Antiochus probat maxime: & Aristoteles, eius  
que amici nunc proxime uidentur accedere. Introduce-  
bat etiam Carneades, non quo probaret, sed ut oppone-  
ret Stoicis, summum bonum esse, frui ijs rebus, quas  
primas natura conciliauit. honestum autem, quod di-  
catur a conciliatione naturae, Zeno statuit finem esse bo-  
norum, qui inuentor, & princeps Stoicorum fuit. Iam  
illud perspicuum est, omnibus finibus ijs bonorum, quos  
exposui, malorum fines esse contrarios. ad uos nunc re-  
fero, quem sequar: modo ne quis illud tam ineruditum,  
absurdum q. respondeat; quemlibet modo aliquem. ni-  
bil potest dici inconsideratus. cupio sequi Soicos: licet  
ne? omitto, per ipsum Aristotelem, meo iudicio in phi-  
losophia prope singularem: per ipsum Antiochum,  
qui appellabatur Academicus, erat quidem, si per pau-  
ca mutauisset, germanissimus Stoicus. erit igitur res  
iam in discrimine nam aut Stoicus constituantur sapiens,  
aut ueteris Academiac, uirumque non potest. si enim  
inter eos non de terminis, sed de tota possessione conten-  
tio. nam omnis ratio uite definitione summi boni con-  
tinetur: de qua qui dissident, de omni ratione uitae dis-  
sident. non potest igitur uterque sapiens esse, quoniam  
tantopere dissident, sed alter. si Polemoneus: peccat  
Stoicus, rei falsae assentiens. uos quidem nihil dicitis  
a sapienti tam alienum esse. sin uera sunt Zenonis: ea-  
dem in ueteris Academicos Peripateticos dicenda.  
hic igitur, neutri assentiens. si numquam, uter est pru-  
dentior?

\*

## EXPLANATIO

**N**EQUE tamen grauissima rationes, cur non exterminādae sint huiusmodi Physicorum quaestiones.  
MALORVMQ. notionem. & alibi dixit, fines bonorum, & malorum, similiter, ut hoc in loco, pro-  
bans omnes philosophos esse sibi in sententijs contrarios. HERILLVM, & Carthagine natum, ut ait Lu-  
cretius. Hic in ueri cognitione summum bonū constituit. Hos si contemnimus, atque abiectos putamus; &  
Ex antiquo libro, Atque, pro Etiam, reposui. utrum rectius, facile omnes intelligunt. Haec Paullus pater.  
Quae ad iusta pia Latine, indifferentia. PYRRHO, Elenensis philosophus. Quae a dea & id est, affectuū  
immobilitas. CYRENAICI: & fuit enim Arestippus philosophus Cyrenēsis patria. HONESTE autē uiuere, &  
contento ijs, quae nascenti natura tradiderit, etiā honeste uiuere conuenit. Et Aristoteles, & quamquam  
non Academicus. Hic igitur, neutri assentiens. si numquam, uter est prudentior? & Sensum non video, ne  
que uider quisquam, ut opinor, tam obscurio in loco. obscuritatem autem cauilla depravatio est; quam in  
dicio meo toller, qui ita legit. Hic igitur neutri assentietis. sin utrue, uter est prudentior? quorum  
uerborum non absurdā sententia est: dicit enim hoc: In hac controversia neutri assentietis, id est, ne-  
que Stoicum, neque Academicum dicetis esse sapientem. sin utrumque, uter est prudentior? Assentietis,  
autem resero ad illud supra positum. Ad uos nunc resero. Vtrique, uidetur esse necessarium propter in-  
sequens uerbum, Vter. Sed haec, qui & acumine, & iudicio praestant, diuidicabunt. Haec Paullus pater.

## CICERO

**Q**VID, cum ipse Antiochus dissentit quibusdam  
in rebus ab ijs, quos amat, Stoicis; non ne iudi-  
eat, non posse illa probabilia esse sapienti: placet, Stoicis,  
omnia peccata esse paria: at hoc Antiochus ueber-  
mentissime dispergit. liceat tandem mihi considerare,  
utram sententiam sequar. praeclide, inquit: statue ali-  
quando quidlibet. quid? dicuntur quidem, & acuta

mibi uidetur in utramque partem, & paria. non ne ex-  
uera, ne scelus faciat? scelus enim dicebas esse, Lucullo,  
dogma prodere. continueo igitur me, ne incognito assen-  
tias: quod mibi tecum est dogma commune. Ecce multo  
maior etiam dissensio. Zeno in una uirtute positam bea-  
tam uitam putat. quid Antiochus? etiam, inquit, beatam.  
sed non beatissimam. dens ille, qui nihil censuit deesse  
uirtutis;

virtuti: homuncio hic, qui multa putat, praeter virtutem  
homini partim cara esse, partim etiam necessaria, sed  
ille, uero, ne virtutem plus tribuat, quam natura patia-  
tur, praesertim Theopraso multa diserte, copioseq. di-  
cente: & hic, metuo, ne uix sibi constet: qui cum di-  
cat esse quaedam & corporis, & fortunae mala, tamen  
cum, qui in his omnibus sit, beatum fore censem, si sa-

## EXPLANATIO

**N**ON ne indicat, non posse illa probabilia esse sapienti? & offendebat antea, cum legerem, Illa proban-  
da. Sustuli mendum ex antiquo libro. Haec Paullus pater.

## CICERO

**A**ge, haec probabilia sane sint: num etiam illa? numquam timere, numquam dolere. sapiens ne  
non timeat? nec, si patria delectatur, non dolat? satis du-  
rum; sed Zenoni necessarium; cui, praeter honestum, ni-  
hil est in boni; sibi uero, Antioche, minime; cui, praeter  
honestatem, multa bona, praeter turpitudinem, multa  
mala uidentur: quae & uenientia metuat sapiens, ne-  
cessa est, & uenisse doleat. Sed quacero, quando ista fue-  
rint ab Academia ueterem decreta, ut animum sapientis  
commoueri, & conturbari negarent? mediocritates illi  
probant, & in omni permotione naturalem uolebant es-  
se quandam modum, legimus omnes Crantor, ueteris  
Academicorum, de luctu. est enim non magnus, uerum au-  
reolus, & ut Tuberoni Panactus praecepit, ad uerbū  
ediscendus libellus. Atque illi quidem etiam utiliter a  
natura dicebant permotiones istas animis nostris da-  
tas, metum cauendi causa, misericordiam, aegritudi-  
nemq. clementiae: ipsam iracundam fortitudinis quasi

cotem esse dicebant, recte, secus ne, alias uiderimus:  
at citas quidem ista tua quo modo in ueterem Academiam irruperit, nescio. illa uero ferre non possum:  
non quod mihi displaceant: sunt enim Socratica plera-  
que: mirabilia Stoicorum, quae παράδοξα nominan-  
tur: sed, ubi Xenocrates, ubi Aristoteles ista tetigis?  
hos enim quasi eosdem esse uultis, illi unquam dice-  
rent, sapientes solos reges? solos diuites? solos formo-  
sos? omnia, quae ubique essent, sapientis esse? neminem  
consulem, praetorem, imperatorem, nescio an ne quin-  
quicunque quidem quemqua, nisi sapientem? postremo,  
solum ciuem? solum liberum? insipientes omnes, per egi-  
nos, ex fuses, seruos, furiosos? deniq. scripta Lycurgi, So-  
lonis, duodecim tabulas nostras, non esse leges? ne urbes  
denique, aut ciuitates, nisi quae essent sapientium? Haec  
tibi, Luculle, si es assensus Antiocho, familiari tuo, tam  
sunt defendenda, quam moenia: mibi autem bono mo-  
do, tantum, quantum uidebitur.

## EXPLANATIO

**N**ec, si patria delectatur, non doleat? & Quo diligentius hoc mente pertracto, eo illustrius, uel Nec,  
uel Non, abundare cerno, mutare tamen, contra ueteris libri testimonium, non audeo. Haec Paul  
ius pater. CRANTORIS, ueteris Academicorum, de luctu. & Crantor philosophus Solensis, & auditor Xeno-  
cratis, de luctu libellum edidit, ut scripsit Laertius: quem etiam Horatius alicubi commendat a doctri-  
na utilis, & honesti. **QVAE παράδοξα** & Paradoxum Latine quidem inopinatum dixeris, quia praeter  
omnium opinionem aliqua administrabilis positio statuitur. Ne urbes denique, & Monico lectorem,  
ne quid mutet dissentientibus antiquis libris: meam opinionem ponderari diligenter cupio. mihi re-  
tulit uideatur, Ne urbes quidem, hoc si aliis item uidebitur, retinebo sententiam meam; sin minus, abi-  
tiā non inuitus. Haec Paullus pater.

## CICERO

**L**EGI apud Clitomachum, cum Carneades, & Sto-  
icus Diogenes ad senatum in Capitolio starent, A.  
Albinum, qui tu P. Scipione, & M. Marcello eos praē-  
tor esse, eum, qui cum auro tuo, Luculle, consul fuit, sa-  
ne doctum hominem, ut indicat ipsius historia scripta  
Graece, iocantem dixisse Carneadi: Ego tibi, Carneade,  
praetor esse non uideo, quia sapiens non sum: nec haec  
urbs, nec in ea ciuitas? Tum ille: Huic Stoico non uide-  
ris. Aristoteles, aut Xenocrates, quos Antiochus sequi  
uolebat, non dubitas, quin & praetor ille effet, &  
Roma urbs, & eam ciuitas incoleret. Sed ille noster est

plane, ut supra dixi, Stoicus, per pauca balbutiens. uos  
autem mihi ueremini, ne labar ad opinionem, & aliquid  
adsciscam, & comprobem incognitū: quod minime uul-  
nis, quid consilij datis? Testatur saepe Chrysippus, tres  
solas esse sententias, quae defendi possint de finibus bo-  
norum; circumcidit, & amputat multitudinem: aut n.  
honestatem esse finem, aut uoluptatem, aut utrumque:  
nam, qui dicant summum bonum id esse, si uacemus om-  
ni molestia; eos inuidiosum nomen uoluptatis fugere,  
sed in uicinitate uersari: quod facere eos etiam, qui illud  
idem cum honestate coniungerent: nec multo secus  
eos,



ed, qui ad honestatem prima naturae commoda adiungent. ita tres reliquit sententias, quæ putet probabili posse defendi. Sit sane ita: quanquam a Polemonis, & Peripateticorum, & Antiochi finibus non facile diuellor: neque quidquam habeo adhuc probabilius. uerum tamē video, quam suauiter uoluptas sensibus nostris blandiatur. labor, ut aſtentiar Epicuro, aut Ariftippo. reuocat uirtus, uel potius reprehendit manu: pecudum illos motus esse dicit, hominem iungit deo. possum esse medius: ut, quoniam Ariftippus, quasi animū nullum habeamus, corpus solum tuerit, Zeno, quasi corporis simus expertes, animum solum complectitur; ut Calliphontem sequar: cuius quidem sententiam Carneades ita studioſe defensitabat, ut eam probare etiam uideretur: quamquam Clitomachus affirmabat, numquam se intelligere potuisse, quid Carneadi probaretur. sed, si ipsum finem uelim sequi; non ne ipsa seueritas, & gravis, & recta ratio mibi obuergetur ē tu, cum honestas in uoluptate contemnenda constitat, honestatem cum uoluptate, tamquam hominem cum bellua, copulabis ē unum igitur par, quod depugnet, neliquā est, uoluptas cum honestate. de quo Chrysippo fuit, quantum ego

ſentio, non magna contentio alterum ſi ſequare, multa ruunt, & maxime communitas cum hominum genere, caritas, amicitia, iuſtitia, reliquæ uirtutes: quarum eſſe nulla potest, niſi erit gratuita. nam, quæ uoluptate, quaſi mercede aliqua, ad officium impellitur, ea non eſt uirtus, ſed fallax imitatio, ſimulatioq. uirtutis. audi contra illos, qui nomen honestatis a ſe ne intelligi quidem dicant: niſi forte, quod gloriosum fit in uulgo, id honestum uelimus dicere: fontem omnium bonorum in corpore eſſe: hanc normam, hanc regulam, hanc præſcriptionem eſſe naturae: a qua qui aberrauifet, eum numquā, quid in uita ſequatur, habiturum. Nihil igitur me putabis, haec, & alia innumerabilia cum audiam, moueri? tam moueor, quam tu, Luculle; neque me minus hominem, quam te, putaueris. tātum intereft, quod tu, cum es commotus, acquiescis, aſtentiris, approbas; uerum illud, certum, comprehenſum, perceptum, ratū, firmum, fixum ſuiſe uis; deq. eo nulla ratione neque pelli, neque moueri potes: ego niſi illeiuſ modi eſſe arbitror, cui ſi aſſenſus ſim, non aſtentiar ſaepe falſo; quoniam uera a falſis nullo discriminē separantur, præſertim cum iudicia iſta dialektice nulaſint.

## EXPLANATIO

**A**d ſenatum in Capitolio ſtarent, 3 Ad pro Ante. ſic pro Comoedo Eius, inquit, testis fides ad iudicem infirmabitur. & Suet. Eum ad pedes ſtare paſſus. Nec in ea ciuitas? 3 ciuitas quaſi ciuium unitas, partem pro toto poſuit, per ſynecdocelem. BALVTIENS. 3 perpaucis in rebus non plane Stoicus, ſed obſcurae ſententiae, ut plana nō ſunt quae balbutientes pronunciant. LABOR, ut aſtentiar Epicurro, 3 Vulgati libri Laboro, omnes habebant. quod uerbum ut deprauatum eſſe crederem, fecit id, quod ſequitur: Reuocat uirtus, uel potius reprehendit manu. nam ſine dubio, Reuocat, & Reprehendit manu, quippiā requirunt, quod in translatione repondeat; quale uideatur euerbum, Labor: quod ego, & metaphorā, & ſenſum fecutus, reposui, pro Laboro. Haec Paullus pater. Vt Calliphontem ſequar: 3 Abundare, Vt, qui totum ambitum uerborum attendet, ſtatiu intelliget. &, ut dicam quod ſentio, ſuſpiſor ipſum ita ſcripſiſe Ciceronem, rem pótius, quam uerba ſpectantem, idem enim alibi quoque uiciā deprehendi, ut lib. 111. de fin. Ne illud quidem eſt conſentaneum, ut, ſi, cum tria genera bonorum ſint, quaſi ſententia eſt Peripateticorum, eo beator quisque ſit, quo ſit corporis, aut externis bonis plenior, ut hoc idem approbadum ſit nobis. Et li. 1. ep. 1. ad Q. fratrem. Vt te ante compares. cum iam dixerit: ut ſi hoc plane &c. Haec Paullus pater. VNUM igitur par, 3 ſcilicet honestas, cum uoluptate. ſic in oratione uocat Aelchinem, atque Demoſthenem nobilissimum par Oratorum.

## CICERO

**V**ENIO enim iā ad tertiam partem philosophiae. Aliud iudicium Protagorae eſt, qui putet id cuiq. uerū eſſe, quod cuiq. uideatur: aliud Cyrenaicoru, qui, praeter per motiones intimas, nihil putat eſſe iudicij: aliud & picuri, qui omne iudicium in ſenſibus, & in rerum notitijs, & in uoluptate conſtituit. Plato autem omne iudicium ueritatis, ueritatemq. ipſam, abduclam ab opinionibus, & ſenſibus, cogitationis ipſius, & mentis eſſe uoluit. Nū quid horum probat noſter Antiochus? ille uero ne maiorum quidem ſuorum. ubi enim aut Xenocratem ſequitur, cuius libri ſunt de ratione loquendi multi, & multum probati; aut ipſum Aristotelem, quo profecto nihil eſt acutius, nihil politius; a Chrysippo pedem numeram, quid ergo Academicī appellamur? an abutimur gloria nominis? aut cur cogimur eos ſequi, qui inter ſe diſſident? In hoc ipſo, quod in elementis dialektici docent, quo modo iudicare oporteat, uerum,

falſum ne ſit, ſi quid ita connexum eſt, ut hoc; ſi dies eſt, luſet; quanta contentio eſt? aliter Diodoro, aliter Thiboni, Chrysippo aliter placet. Quid? cum Cleanthe, doctore ſuo, quam multis rebus Chrysippus diſſidet? quid? duo uel principes dialekticoru, Antipater, & Archidemus, opinioſiſimi homines, nō ne multis in rebus diſſentiant? Quid me igitur, Luculle, in inuidium, & tamquam in concionem uocas? & quidem, ut ſeditiosi tribuni ſolent, ocludi tabernas inues. quo enim ſpectat illud, cum artificia tolli quereris a nobis, niſi ut opifices concitentur? qui ſi undique omnes conuenerint, facile contra nos incitabuntur, ex promam primum illa inuidiosa, quod eos omnes, qui in concione ſtabunt, exſules, ſeruos, inſanos eſſe dicatis: dein de ad illa ueniam, quae iam non ad multitudinem, ſed ad uosmetipſos, qui adeſtiſ, pertinent. negat enim uos Zeno, negat Antiochus ſcire quidquam, quo modo, inquietus?

quiescet nos enim descendimus, etiam insipientem multa comprehendere. at scire negatis, quemquam rem ullam nisi sapientem. & hoc quidem Zeno gestu conficiebat. nam, cum, extensis digitis, aduersam manum ostenderat, uisum, inquietabat, huiusmodi est; deinde, cum paulum digitos constrainxerat, assensu huiusmodi; tum cum plane comprescerat, pugnumq. fecerat, comprehensionem illam esse dicebat: qua ex similitudine etiam nomen ei rei, quod ante non fuerat, κατάληψιν imposuit. cum autem laenam manum admouerat, & illum pugnum arte, uelementerq. comprescerat, scientiam talam esse dicebat: cuius compotem, nisi sapientem, esse neminem. sed qui sapiens sit, aut fuerit, ne ipsi qui dem solent dicere. ita tu nunc, Catule lucere, nescis: nec tu, Hortensi, in tua villa nos esse.

## EXPLANATIO

**P**ROTAGORAE § Abderitae. Vide Sextum Empiricum l.i. Pyrrh. c. 32. dictus est α' θεος. Fuit alius Protagoras disciplinac Stoicae. NVM quid horum probat? Recusat suo nomine quidquam in tot opinib[us] decernere. AVT Xenocratem § Chalcedonium nobilem philosophum. complures eius libros Laertius commemorat. A Chrysippo pedem numquam. § scilicet, discedit. hoc est, constanter consentit cum Chrysippo. DOCTORE suo, § non solum a Cleante doctore suo dissensit Chrysippus, sed ut Laertius testatur dissensit etiam a Zenone inuenore suo. OPINIOSISSIMI, § qui opinionibus pleni, nihil certo comprehendunt. OCCLVDI tabernas iubes, § ne uidelicet alicubi me reus abdam. Iocus est. EXTENSIS digitis, § Gestus exprimit Zenonis. κατάληψιν imposuit. § latine. Comprehensionem significat κατάληψις.

## CICERO

**N**VM nimis haec inuidiose dicuntur? haec tamen minus eleganter, illa subtilius. Sed, quo modo tu, si nihil comprehendendi posset, artificia concidere dicebas, nec mihi dabas, id, quod probabile esset, satis magnam vim habere ad artes: sic ego nunc tibi resero, artem sine scientia esse non posse. an pateretur hoc Zeus, aut Phidias, aut Polycletus, nihil se scire, cum in his esset tanta sollertia? quod si eos docuisset aliquis, quam uim habere diceretur scientia: desinerent irasci: ne nobis quidem succenserent; cum didicissent, id tollere nos, quod nusquam esset; quod autem satis esset ipsis, relinqueremus. quam rationem maiorum etiam comprobat diligentia: qui primum iurare ex sui animi sententia quemque uoluerunt; deinde ita teneri, si sciens falleret; quod inscientia multa uersaretur in uita; tum, qui et simonium diceret, ut arbitrari se diceret etiam quod ipse uidi; quaequeq. iurati indices cognouissent; ut ea non esse facta, sed ut, uideri, pronunciarent. Verum, quoniam non solum nauta significat, sed etiam Faunius ipse insurrit, nauigandi nobis, Luculle, tempus esse; & quoniam satis multa dixi; est mibi perorandum. posil hac tamen, cum haec quaeremus, potius de diffensionibus tantis summorum uirorum disseramus,

de obscuritate naturae, deq. errore tot philosophorum, qui ue bonis, contrarijsq. rebus tantopere diserebant, ut, cum plus uno uerum esse non possit, iacere necesse sit tot, & tam nobiles disciplinas; quam de oculorum, sensuumq. reliquorum mendacij, & de sorite, aut pseu domino; quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. Tum Lucullus, Non moleste, inquit, sero nos haec contulisse. saepius enim congreidentes nos, & maxime in Tusculanis nestris, si qua uidebuntur, requiremus. Op time, inquam: sed, quid Catulus sentit? quid Hortensius? Tum Catulus, Ego ne, inquit? ad patris revoluor sententiam: quam quidem ille Carneadeam esse dicebat: ut percipi nihil putem posse, assensurum autem non perceptio, id est opinaturum, sapientem existimem, sed ita, ut intelligat se opinari, sciatq. nihil esse, quod comprehendendi, & percipi possit. per εποχὴν illam eminum rerum comprobans, illi alteri sententiae, nihil est, se quod percipi possit, uelementer assenserit. Habeo, in quam sententiam tuam; neq. eam admodum afferor: sed tibi quid tandem uideatur, Hortensi? Tum ille rideo, Tollendum teneo te, inquam. nam ista Academiae est propria sententia. Ita sermone consecro, Catulus remansit, nos ad nausiculas nostras descendimus.

## CICERO

**P**HIDIAS, aut Polycletus, § statuarius uterque, sed artem consummasse Polycletus, & eruditissime, Phidias aperuisse dicitur. Plin. l. xxxiiii. cap. 8. VERVM, quoniam § Finit librum occasione quasi temporis. Ad patris § Q. Catuli, consularis, clarissimi uiri, qui nihil posse certo percipi dixerat. PER εποχὴν illam omnium rerum comprobans § Fortasse legendum, Quare εποχὴ illam. Haec Paullus pater, Latine Retentionem significat, uel Assentium. RIDEOS, Tollendum teneo te. § iocatur in ambiguo uerbo. Tollere enim & in malam, & in bonam partem accipi potest. Hinc Brutus ad Ciceronem Fam. lib. xii. ep. 20. Ipsum Caesarem nihil sane dete questum, nisi dictum, quod diceret te dixisse, laudandum adolescentem ornandum, tollendum; se non esse commissurū, ut tolli possit. Velleius lib. ii. Hoc est tempus, quo Cicero, infinito amore Pompeianorū partium, Caesarem laudandum, & tollendum censebat; cum aliud diceret, aliud intelligi uellet. Et Suetonius Augusto: Quasi alij se puerum, alij ornandum, tollendumq. iatassent, ne aut sibi, aut veteranis par gratia referre.



# CICERO · VARRONI · S. D.

**B**T s1, munus flagitare, quamuis quis ostenderit, ne populus quidem solet, nisi con-  
citatius: tamen ego exspectatione promissi tui moueor, ut admoneam te, non ut  
flagitem. misi autem ad te quattuor admonitores, non nimis uerecundos. nosti  
enim profecto os eius adolescentioris Academiae. ex ea igitur media excitatos  
misi: qui, metuo, ne te forte flagitent: ego autem mandauit, ut rogarent. exspecta-  
bam omnino iam diu, meq. sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, quam  
aliquid accepissem, ut possem te remunerari quam simillimo munere: sed, cum  
tu tardius faceres, id est, ut ego interpretor, diligentius; teneri non potui, quin  
coniunctionem studiorum, amorisq. nostri quo possem litterarum genere declararem. feci igitur ser-  
monem, inter nos habitum in Cumano, cum esset una Pomponius. tibi dedi partes Antiochinas; quas  
a te probari, intellexisse mihi uidebar: mihi sumpsi Philonis. puto fore, ut, cum legeris, mirere id nos  
locutos esse inter nos, quod numquam locuti sumus: sed nosti morem dialogorum. posthac autem, mihi  
Varro, quamplurima, si uidebitur, & de nobis, & inter nos: sero fortasse: sed superiorum temporum  
fortuna reip. causam sustineat: haec ipsi praestare debemus. atque utinam, quietis temporibus, atque  
aliquo si non bono, at saltem certo statu ciuitatis haec inter nos studia exercere possemus. quamquam  
tum quidem uel aliae quaepiam rationes honestas nobis & curas, & actiones darent: nunc autem quid  
est, sine his cur uiuere uelimus? mihi uero cum his ipsis uix: his autem detraheatis, ne uix quidem. Sed  
haec coram, & saepius. Migrationem, & emptionem feliciter euuenire uolo; tuumq. in ea te consilium  
probo. Cura ut ualeas.

CIRCULAR

*Huiusc Epistolae Commentarium vide in Comm. Ep. Fam.*

## ЕЛЕКТРОННАЯ ПЛАСТИКА

◎ 亂世